

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Examen Dissertationis Cvivsdam Philologicae Qva Nova Loco Ioan. XIV. 23.  
Infertvr Explicatio**

Rostochii: Adler, 1758

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn840951140>

Druck    Freier  Zugang





a. B.  
48. b. II.

55

426

Fa 1092 (55.)

1. Nähmacher, de disordine inter præparationem euangelicam et euangeli demonstrationem  
 2. Olraum, Et in Maugis non significat frumentum non in ful, sign. Paul.  
 3. Jacobi Anthropomorphismus a vera notione impenitentia, sapientiae, libertatis, atque aeternitatis diuinae remota.  
 4. Lange, religiosam natalis Domini celebrationem.  
 5. Triller, de vino modico hypochondriacis salutari ad sacram locum  
 6. Thymotheus 5. 23. Qui storp, de adoptione ecclæstica veteris Testamente.  
 7. Carpon, de regis Jesiae Prophetae natalibus.  
 8. Hartmann, argumenta, de satisfactione Christi, pro impenitentia finali praefixa, negantia.  
 9. Hartmann, ideam generalem vnicæ veræ religionis ex scriptura sacra, et specialiter ex Rom. 12., 1. 2. euoluuntur etc.  
 10. Hartmann, ideam generalem vnicæ veræ religionis ex scriptura sacra, et specialiter ex Rom. 12., 1. 2. euoluuntur sectionem exegeticam posteriorum etc.  
 11. Hartmann, argumenta, de satisfactione Christi, pro impenitentia finali praefixa, negantia.  
 12. Hartmann, de satisfactione Christi, pro impenitentia finali praefixa.  
 13. Pries, de officiis Christi nonnulla momenta generalia sistens.  
 14. Steppinus, de directorio corporis euangeliorum.  
 15. Pries, de Prophetis et ceteris postolis falsa inspiratione diuina.  
 16. Steppinus, demonstratio existentia Diuina ex scriptura sacra.  
 17. Carpon, de verbis Davidis, maledicentiam similitudinem concernentibus: יְהוָה כִּי־בַּרְתָּנוּ מֵלֶךְ־נָאצֵר־עֲמָד־בְּעֵד־עַמְּךָ Sam. 16. 10.  
 18. Halmann, de 5. & 6. parvus akardus. corona de spinis. Matth. 27. 29.  
 19. Halmann, de 5. & 6. parvus egyptanus. corona de spinis. Matth. 27. 29.  
 20. Qui storp, de peccato originis.

- 21., Quisstorp, de fide Dei opere, Iona. 6. 29.  
22., de Manne, de explicatione Iona. 14. 23.  
23., Hartmann, de Iesu Nazarenus vero ~~magia~~.  
24., Manzel, de significatione vocis suscida monia in Nove Testamen-  
to ad illustranda loca Act. 17. 22. c. 25. 19.  
25., Pries, de non consumatis partibus Veteris Testamento ex Epist.  
ad Hebr. 11. 39. 40.  
26., Stosse, de Christo, et sacerdote et victima in omnium salutem.  
27., Raempfer, de modo prædicationis paulinae. 1 Cor. 2. 4. 5.  
28., Quistorp, de Iudeis corde compunctionis. Oct. 2. 37.  
29., Carpon, de Iona versionibus etc.  
30., Hartmann de ratiocinio Simeonis. Luc. 2. 34. 35.  
31., Riederer, sive liberans yltauna Informationis yltauna.  
32., Riederer, Anzivag zu ina Informationis yltauna.  
33., Engel, de ratiocinii consequentiae immedias.  
34., Mayohl, de angelorum corpore proprio.  
35., de dono spiritus sancti. etc.  
36., Nittenzwey, anti-blanchiana.  
37., Heinius, de auctore et causa stragis etymolorum tempore Eze-  
chiae Iudaeorum regis ad illustrationem Iesaiæ c. 37. 36.  
38., Beuf, de gratia spiritus sancti applicatiæ in genere.  
39., Nahmacher, de introductione in septem epistolas catholicas  
lectio tertia.

EXAMEN  
DISSERTATIONIS CVIVSDAM  
PHILOLOGICAE  
**Q V A N O V A L O C O**  
IOAN. XIV. 23.  
**INFERTVR EXPLICATIO.**

QVOD EXAMEN  
NON ABNVENTE DEO SVO  
NEC RENVENTE AMPLISSIMO, QVI CLVIT  
IN PRIMIS  
IN ALMA VARNO-BALTICA PHILOSOPHORVM  
ORDINE

DIE VI. SEPTEMBR. A. MDCCCLVIII.

H. L. Q. C.

PUBLICO EI QUE REVISORIO QVASI  
EXAMINI SVBMITTVNT

PRAESES  
**A V G V S T V S W I L H E L M V S**  
DE MARNE


A. M.

ET RESPONDENS

S A M V E L G V S T A V W I L C K E  
STOCKHOLMIENSIS.

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.

*Supel*



SPLENDIDISSIMO  
ACADEMIA TRISECLISENI ALIISQVE NOMINIBVS  
INCLYTAE

CIVITATIS ROSTOCHIENSIS

SENATVI  
PATRIBVS HIS CONSCRIPTIS

DOMINIS

CONSULIBVS  
SYNDICIS  
SENATORIBVS  
VNA CVM

DOMINO

PROTONOTARIO  
ATQVE  
SECRETARIO

VIRIS

MAGNIFICIS, EXCELLENTISSIMIS,  
PRAENOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS.  
AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS

ACADEMIA TRASCRIPTA IN HOC AE NOMINIS  
INCITATRIS

SINGULIS ILLIS SINGULIS  
SVIS CVIQUAE TITVLIS, MVNERIBVS, MERITIS  
MAXIME CONSPICVIS

ORDINIS ILLIVS DEVENERANDI  
MEMBRIS

EXOPTATVM SALVTIS OMNIGENAE ET  
INCOLVITATIS CVMVLVM

FELICEM FAUSTVMQVE REGIMINIS PROVIDI  
SVCESSVM

PLACIDVM AC LONGAEVVM VITAE DESIDERATAE  
VSVM

STABILEM DENIQVE ET PERENNANTEM

F A M I L I O A R V M  
FLOREM

EX ANIMO AD PRECARI PUBLICE  
SVIQUESIMVL AD COMMENDATIONEM  
GRATISSIMO PER VITAM ANIMO

EXCIPIENDAM

HOC

QVID QVID EST SCRIPTIONIS  
SACRVM ESSE VOLVIT

PRAESES.



§. I.



Si quis est *praescriptioni* locus in rebus philologico-hermeneuticis, ita, ut expositio quaelibet grammatica una cum logica illa interpretatione ex diurnitate temporis, quo omnibus ad vnum interpretibus ea adsererit, multum sibi iuris, praesidii atque roboris parasse videatur: non *centenaria*, longissima hac legali, sed millenaria, atque prorsus *immemorialis*, quam dicunt, *praescriptione* gaudet utraque illa explicatio loci, quem rubrum opellae nostrae *noua* nuper alia donatum exhibit. In grammatica huius loci expositione metaphraستae; in logica eiusdem interpretatione paraphraستae, commentatores, oratores, omnes, ad hoc tempus usque, quo ipso

Omnia sunt magnis experiunda viris,

conspirarunt inter se quam amicissime. De translatione quidem salua, quae fuit, res semper erit, sed interpretatio ista, mirabile dictu! tantam seculorum, tantam virorum multitudinem fecellisse, recentius dicitur. Contigit enim soliuagae cognitioni recentioris cuiusdam philologi, ut tandem aliquando,

Dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,  
in veram, si Diis placet, verborum: Καὶ πρὸς αὐτὸν ελεύθομεθα καὶ  
μονῆ πρὸς αὐτὰ ποιησομεν interpretationem incidisse sibi videretur.

A

§. II.



## S. II.

Nec reticeri diutius poterit, quis ille demum sit, qui vnu rece-  
ptam, nec temere vnquam in dubium vocatam illam interpretationem  
adgredi

Ancipitique refutatu conuincere falsum  
valeat, atque de re hermeneutica tantopere meritus

Nomen in vltimas  
Extendat oras,

Est vero ille VIR PLVRIMVM REVERENDVS HEN. OLAN-  
DER, COETVS REFORM. QVI MITTELBVRAE ET GRAMBE-  
CAE PROPE BREMAM EST, PASTOR. Communicauit Is cum  
orbe litterato DISSERTATIONEM PHILOGICAM *in Ioan.*  
*XIV. 23.* quae binis abhinc annis legitur in lectissima illa, quam  
SVMME VENERABILIS vitae ac rabiei alterius inter Germanos Wool-  
fsonii SCRIPTOR vtiliter edit, Bibliotheca Brem. et Verdensi Tom.  
III. p. 541. lqq.

## §. III.

Prius vero, quam dissertationis illius philologicae examen in-  
stituamus, argumentum eiusdem quam breuissime fieri potest lecturis  
adumbrabimus. Summa quidem totius quaestionis eo reddit, ut, prae-  
missis quibusdam caussis variarum Scripturae S. explicationum, verba  
enodanda citentur; his citatis, et euolutis praeterea scopo, persona  
loquente, loco, tempore, auditoribus, occasione; data deinde ana-  
lysi, missisque variis interpretum sententiis, vulgaris illa et recepta  
explicatio proferatur; hac prolata, et motis contra eandem dubiis,  
noua quedam offeratur, et commenderetur postea de meliore, docendo  
sigillatim, quae vera sit verborum euangelicorum restrictio, quid sin-  
gulae phrases significant, quid ερχεται προς τον Πατέρα, quid μονη  
παρ αυτω ποιει, quam pulchre denique haec explicatio cum ipso  
verborum contextu et scopo conueniat.

## §. IV.

## §. IV.

Haec vbi scripta dederamus, reassis scriptis, mirabamur, qui ipsa et vulgaris et noua loci Ioannei explicatio omissa a nobis sit ha-  
etenus. Neque tamen exordia examinatunculae nostrae refundere  
iuuabat, cum propter Pilatimum, ut ita dicam, quem sibi quisque fa-  
cilius ignoscit, tum propter spem, qua altae suae curiositatis veniam a  
lectoribus minus difficulter impetratum iri praefidimus. Callet quis-  
que vulgarem explicationem, qua verbis ελευσομέθα atque ποιησομέν  
Christus cum Patre subiicitur, pronomine αὐτοῦ et αὐτῷ ad τὸν αὐτόν  
πωντα καὶ τηρησούτα relato, ita : Καὶ πρὸς αὐτούς (τὸν αὐταπάντα με,  
καὶ τὸν λόγον μου τηρητούτα) ελευσομέθα (εγώ καὶ οἱ Πατήρει μοι) καὶ  
(οὐ μονον ελευσομέθα, ἀλλὰ καὶ) μονην παρ αὐτῷ (τῷ αὐτῷ κε-  
χαρτωμένῳ) ποιησομέν. Cognitiorem hanc expositionem, quam i-  
psam defensum imus, eo praesertim consilio hic exhibemus, ut, quid  
intersit vulgarem inter atque recentiorem interpretationem, utriusque  
loquatur collatio. En tibi tandem alteram : Καὶ πρὸς αὐτούς (τὸν Πα-  
τέρα μοι) ελευσομέθα (εγώ καὶ οἱ αὐταπάντα με, οἱ τὸν λόγον μου τη-  
ρησαν) καὶ μονην παρ αὐτῷ (τῷ Πατέρι) ποιησομέν. Egregiam Olan-  
der hanc sibi fixnit expositionem

fultosque emuniit obice postes.

Ab eodem Olandro nos vulgarem, quam Ipse dixit, explicationem de-  
fensitabimus, etiamsi vel hac in re Ipsi aliisque nouarum rerum stu-  
diosioribus, qui

Ingentes animos angusto in pectore versant,  
ille forsitan

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Relicta sit, cuicunque placet, illa επιθυμία, quam Plutarchus definit  
κινουσαν χορδας τας ακινητας.

## §. V.

Ad ipsum igitur dissertationis Olandrinae examen iam delati, ut  
Ille a causis variarum explicationum orsus est, ita nos a regula qua-

A 2

dam



dam regia , quam iurium peritissimus quisque in legibus interpre-  
tandis sequi , et amat , et debet , ordiamur liceat , ab hac :

Non facile sunt mutanda , quae certam semper  
interpretationem habuerunt.

Continetur ea vna caussarum , ob quas vel a vulgari quacunque explica-  
tione non temere , non sive urgente quadam necessitate secedendum est .  
Quo iure autem , quae inuria ab vno Olandro mutata ea sint , quae  
ex vnanimi antiquorum non magis , quam recentiorum interpretationum  
omnium consensu certam nunquam non habuerunt interpretationem ,  
ea quidem de re reuisitorum quasi penes lectores esto iudicium . Nos  
vero ordine nunc totam , qua *philologica* est , Olandri dissertationem  
non aurificis statera , sed populari trutina examinabimus .

#### §. VI.

In caussas illas variarum expositionum , quas caussas Vir pluri-  
mum reuerendus §. I. dissert. suae exhibet , inquirere nihil opus est .  
Ambabus largimur hoc , *imbecillitatem iudicii* , *odium veritatis* , *praecon-  
ceptas falsorum doctorum opiniones* , *occultum etiam quoddam Numinis  
iudicium* saepe saepius efficere , ut *planissimae veritates diuinae in sensum* ,  
*a vero plane remotum ac noxiu[m]* , *inflectantur* . Largimur et illud , ex  
*nimia iudicii praecipititia manare saepe sensum apud eos* , qui , *vel veri-  
tatis amore ducti* , *nimia tamen cum fiducia probatorum ecclesiae docto-  
rum autoritate nixi* , *in exponenda Scriptura S. horum vestigia pre-  
munt* , *et sensum ab hisce procreatuum adoptant* , *in se nec malum* , *nec no-  
xiu[m]* , *sed falsum tamen Deique loquentis scopo minus conuenientem* .  
Multifarias has rationes , ob quas *simplicissimus* et *verissimus* sensus ab *in-  
terpretibus tam veteribus* , *quam nouis non semper unanimi consensu recte  
eruatur* , *sed dissentientibus opinionibus obscuratus* , *et euidentissimis erro-  
ribus inuolutus* , *miserime saepe detorqueatur* , *siccо* , *quod aiunt* , *pede  
praeterissemus* , *nisi quid nobis et monendum fuisse* , *et mirandum* .

#### §. VII.

Miramur autem , vt ab hoc incipiamus , foecundissimae vnius  
variarum interpretationum caussae nullam c. l. factam esse mentio-  
nem . Est ea singulare quoddam perpetuumque *nouarum* rerum at-  
que gloriae , inde sperandae , *studium* , quo incensi

Nil



5

Nil intentatum nostri liquere poëtae,  
quodque ipsum, ipsa experientia testificante,

Nescio qua dulcedine cunctos  
Dicit

homines peringeniosos, eoque eos, qui multum habent ingenii ad  
fingendum, facile adducit, ut nouis, vel paradoxis, siue sententiis, siue  
interpretamentis hominum rerum nouarum peraeque studiorum au-  
cupentur admirationem. Quod utinam Noster meminerit,

Quid non mortalia pectora cogat  
Sacra noui fames,

quas turbas illa philologiae S. nullo non dederit tempore! Hanc igi-  
tur caussam, in rebus vulgo receptis, probatis frequentissimam, loco  
suo earere, iterum miramur iterumque; nec quoniam pacto ita acci-  
derit, videmus, nisi quod, non omisla illa,

Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.

Quod ubi demirationis nostrae finem fecit, monuerimus adhuc et  
praemonuerimus, ut ne quid grauius in vulgarem interpretationem  
dictum sit, aut statutum ab Illo, qui sub ipsis auspiciis in sensum  
quendam evidentissimis erroribus inuolutum, a vero plane remotum,  
noxium, stomachosior inuehitur.

### §. VIII.

Quid ex unanimi consensu interpretum, antiquorum, recentio-  
rum, doctrinae purioris, impurioris, omnium, obiici sibi posset, satis  
Olander videtur praesensisse. Hunc enim consensum §. II. ita pree-  
fringere annititur,

In pugnae studio quod dedita mens est,  
ut ex mero autoritatis studio eum deriuat. Optimi, inquit, ac celebre-  
rimi S. S. interpretes ob studium auctoritatis non semper et in omni parte  
fine ullo errore verum illum sensum, ad Spiritus S. scopum proxime ten-  
denter enodarunt: verba Christi Ioh. XIV. 23. ab interpretibus, a no-  
bis adhuc perspectis, in illum sensum flexa sunt, qui se conscientiae omni-

A 3

um



um non satis commode commendabit : sed aliam in promptu habemus sententiam , quae cum scopo Christi loquentis et cum toto contextu et cum communis verborum usu rectius conuenit : quis ergo in malam partem accipiet , si ego , VERITATIS AMORE ET CONSCIENTIAE DICTAMINE impulsus vulgarem deferō interpretationem . Ita Ille suas ,

### §. I X.

Nos contra primo quidem cum ipso faciles fatemur , obesse veritati posse nimium illud autoritatis studium , maximoque idem abusui subesse . Ast inde de hoc praeclite loco statuere , singulosque eius interpres , et commentantes , et systematicos , eosque gente , aeuo , loco , mente , fide , more dissitos , singulos hos , inquam , ignobilis illius autoritatis studii incusare ; huius quidem argumentationis nullam videamus rationem , nisi si indefinita , quae audit , enuntiatio vnaquaque vniuersali cuilibet aequiparanda censeatur . Dicine facilius et suspicione coniecturae suboleri , an probari et argumentis exceptione maioribus euinci possit illa adsertio , decisu facillimum erit , quamquam non hoc , sed illud Olandrum in animum induisse deprehendimus . De triplici deinde nouae sententiae praestantia videbitur postea . De amore denique veritatis et conscientiae dictamine , quo utroque impulsu se vulgari sententiae nuntium misisse , dicam scripsisse VIR PLVRIMVM REVERENDVS contestatur , tantum abest , ut iudices hic sedeamus , vt rem potius ad Καρδιογνωσην T. O. M. deferamus . Liceat nobis subindicare modo , et dictamen illud erroneous , et amorem istum praeposterum esse posse . Ceterum

Conscia mens ut cuique sua est , ita concipit intra Pectora pro facto spemque metumque suo .

Reste praeterea Panegyricorum princeps : *Ingeniosor* , inquit , *est ad excogitandum simulatio veritate* . Quae quidem loca adprime huc quadrare arbitramur , sed omnem eorum παρεγγελτων deprecantes .

### §. X.

Quo longiores fuimus in percensendis prioribus dissertationis trutinandae Sphis , eo breuiores erimus in binis , quae sequuntur . De scopo



scopio Doctoris O. M. quem Ioannes loquentem inducit, nihil Olander habet, quod contra probatos, ut ait, interpretes moneat. Consentit in eo cum omnibus, sed maxime cum lumine illo et ornamento rei Reformatae, b. Lampio, praceptor suo sibi haut satis vñquam post fata venerando. Quam deinceps de *Persona loquente confessionem* pronunciat, ei nos eo, quo decet in ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΝ ILLVM animo subscrivimus. Sed quae de tempore, de loco, de auditoribus Discipulus Lampii perhibet, ea, quamvis ad rem, quae nobis cum Ipso est, minus pertineant, nobis tamen non satis arridere fateamur. Locum quidem nos cum D. Heumanno, vel potius Ligfooto, non coenaculum in vrbe Hierosolyma, sed *Bethaniām*: fuisse remur, ibidemque Iesum, cum in eo esset, ut inde Hierosolymam proficisceretur, ea, quae Cap. hoc XIV. leguntur, ipso *Paschatis die*, non ipsa, qua probebatur nocte, locutum esse existimamus; id quod praeter alias rationes verba: εγερθε, αγωμεν εντευθε suadere videntur et statuminare. Haec vero si ita sint, de auditoribus etiam dissentiamus parumper necesse erit. Paullo nimirum maior eorum nobis videtur *numerus*, quam Olandro. Hic vndeicim tantum discipulos commemorat, nos duodecim certe illos omnes tum adfuisse coniicimus. Neque enim, absentem tum infelicem illum Iudam vt putemus, propterea a nobis impetrare possumus, quod Iudas iste Thaddaeus s. Lebbaeus diserte ab homine distinguitur: οὐχ οἱ ταπεινωτοί, id quod, si proditorem iam adfuisse aliunde constet, notatu vix opus fuerit. Atque sic eadem Evangelistae connotatione nostra de tempore fermocinationis diuinæ locoque sententia corroboratur. Sed leuiora sunt, quae de his circumstantiis disputari possunt, nec multum abest, quin de his disputasse nos poeniteat.

### §. XI.

Maioris vero momenti disputatio nobis §. V. dissert. philolog. cum Illo intercedit. Hic Ille totus in eo est, ut soliuagam, quam mente conceperat, cognitionem enitatur.

Heic erat artis opus,  
ordine res vt panderetur. Agitur iam de occasione dicti, eiusque  
*analyse*



*analyſis.* Illam quidem contextus extra omnem ponit dubitationis aleam. Datam pollicitationem Christi : καὶ εὑρέντω αὐτῷ εμάυτον excipiebat interrogatio : Κύριε, τί γέγονεν ὅτι ημῖν μελλεις εὑρέσαι σέαντον κ. τ. λ. Directam hanc responſionem Olander, indirectam Lampius nominat. Neque tamen praeceptorem inter et discipulum pugna intercedit alia, ac verborum, λογοεχίαν quam Dialectici vocant. Alter enim nullus negat, Christum interrogatum interroganti Iudei ipsi αποκριθναι καὶ αὐτῷ εἰπεῖν : nec ullus alter dubitat, paulo generius ipsi responſum esse, ita ut non ad ipsum solum, sed ad τινα, quem alium cunque illius hac in re non abſimilem applicandum veniret. Atque sic et directe et indirecte simul responſa fluunt. Nos quidem responſionem eam simul repetitoriam, correctoriam, declaratoriam, vberiorem vocare iuuat, quod suo loco pluribus patet. Ceterum neque de imprudentia, quam Lampius, neque de modeſta diſcendi cupiditate, quam Olander Iudei interroganti tribuit, nos certi quidquam statuere audemus : de internis enim quis iure ſuo pronuntiet? Olandrum vero h. l. iterum verbo imprudentis ludentem nos deprehendere, silentio praeterire non potuimus. Haec de occaſione diſti.

### §. XII.

Sequitur *analyſis* Olandri, qui, ſic speramus,  
Non fulnum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem  
Cogitat

prouti rem planam et apertam non obſcurare, ſed obſcuram illustrare ſanctum interpretis est officium. Audiamus Iphuma αὐλαυτάντα. In responſione ad hunc ſcopum, ita Ipſe, duo nobis occurruunt membra pri-maria: I. Doctrina, quam Christus de promissa hac, ſed discipulis adhuc obſcura, et non clare percepta maniſtatione explicat v. 23. 24. 25. II. Promiſſio de aduocato et doctore interno, nempe Spiritu S. qui hos Christi discipulos non ſolum de hac, ſed et de reliquis veritatibus diuinis, iis ſicutu necessariis intime conuinceret: ut plene intelligerent, quae ipſe exter-nis verbis illis dixerat. Antecedens membrum in duo iterum ſpecialia membra commodiſſime resolutur. Prior responſio antecedit ad demonſtran-



monstrandum, quomodo Christus se vellet manifestare discipulis suis ele-  
ctis v. 23. Responso altera hanc sequitur, ad explicandum, qualis sit  
ille mundus, cui se nolle manifestare, et quae sit eius rei ratio v. 24. 25.  
Textus noster selectus in priori responce occurrit. In eo secundum no-  
stram conceptam analysin Christus duplē manifestatiōis suā modūm  
aut gradū docet. 1. Manifestatiōem MEDIATAM per inductionem  
propositam, et quidem tribus partibus constantem. Nam discipulis ele-  
ctis tribuit a. AMOREM SANCTVM, quo ipsius personam amant:  
QVI ME DILIGIT. b. STUDIVM SANCTVM, quo ipsius ver-  
bum retinent: IS VERBVM MEVM RETINEBIT (vtrumque non  
ita graece, sed hoc obiter) c. SENSVM AMORIS patris sui coelestis:  
ET PATER MEVS IPSVM DILIGET. Sic in tota inductione ex-  
parte explicabat illam manifestatiōem, de qua erat quaestio. Nam in  
hoc amore Christus illis semper ante oculos obuersabatur valde amabilis  
et in coelis glorioſus. Hoc in studio semper inueniebant verum Chri-  
stum, a falso distinctum. In amore patris sentiebant illum amorem dul-  
cissimum atque coelestem, quem ipse Christus in unione cum patre, licet ex-  
cellentiori gradu, sentiebat. Et hoc pacto se se illis voluit manifestare me-  
diate. Sed praeterea etiam addidit 2. Alteram manifestatiōem IM-  
MEDIATAM, antecedenti iunctam, in selecta verborum nostrorum  
textu: ET AD IPSVM VENIEMVS, ET MANSIONEM APVD  
ILLVM FACIEMVS.

### §. XIII.

Vestrūm, lectors, de hac analysi iudicium! nec de tota qui-  
dem, sed de palmaria illa textus selecti, quem vocat, de dupli ni-  
mirum illo manifestatiōis diuinae modo graduue. Diuisio omnis di-  
uidendi, quod dicunt, fundamentum necessario supponit. Nos vero  
eiusmodi quidpiam cogitando vix adsequi valemus. Quodsi enim,  
quod sole clarius est, responsio interrogationem supponit; illa vero,  
quod non minus luculenter patet, huic ex aste congruit, neque, quod  
sit idem in aprieo est, amplius quidquam continet, nisi, quod ad hanc  
pertinet vel simpliciter soluendam, vel vberius declarandam: se-  
quitur, vt, cum in substrata interrogatione de dupli quadam mani-  
festatiōe sermo non sit, diuisio illa ex responce etiam exulare de-  
beat.

B



beat. Quod ut patescat, cogitemus ipsum pollicitationis, interrogacionis atque responsonis argumentum. Pollicebatur Christus: ο εχων τας ευτολεις μου, καὶ τηρων αυτας, εκεινες εσιν ο αυταπων με· ο δε αυταπων με, αγαπηθησεται υπο του πατρος μου· και εγω αγαπησω αυτον, και εμφανισω αυτω εμαυτον. Nihil hic Iudee obscurum aut intellectu difficile, praeter hoc: εμφανισω αυτω εμαυτον. Hinc interrogatio: Κυριε, τι γεγονεν, οτι ημιν μελλει εμφανιζει σε· αυτον και ουχι τω κοσμω; Liquet inde, Iudam de immediata quadam et proxime futura manifestatione cogitasse. Sed qualis nunc Christi responso? Est repetitoria; repetitur enim omnis illa, quam Christus sese manifestatus supposuerat, obiecti receptiuitas, vti barbare dicitur, το αυτων τον Κυριον Ιησουν και τηρειν τον λογον αυτου. Per hoc suppositum ex parte hominis aliud etiam ex parte Dei repetitur, quod nulla obscuritate laborauerat, hoc est η αγαπη του Πατρος; quid enim αγαπηθησεται υπο του πατρος μου atque ο πατηρ μου αγαπησει αυτον, quid inter utramque hanc dictio interest? Quid denique dubii, το εμφανιζειν σεαυτον per ερχετθαι επος τινος και μονην πας αυτω ποιειν vberius declaratum, explicatum, earumque phrasium h. l. constructione το· και εγω αγαπησω αυτον implice repetitum esse? Qualis tandem correctio tacita his verbis insit, nec non illi τις in relatione ad ημιν, dictu opus non est. Est igitur responso Christi, vti supra (§. XI.) iam diximus, repetitoria, declaratoria, correctoria, vberior.

#### §. XIV.

Atque ut melius etiam res procedat, vocemus, quaeſo, *interpunctionem* in auxilium. Apparet ex illa, quod ex ipſa dictio[n]is natura iam elucet, esse hic periodum, quam dicunt, compositam eamque crypticam. Euoluto utroque membro, antecedente illo et consequente, tota periodus haec erit: Εαν τις αγαπη με, τον λογον μου τη̄ηησει· και, εαν ουτως ευρεθη τοιουτος· ο πατηρ μου αγαπησει αυτον κ. τ. λ. Antecedens constat binis, consequens ternis membris, quae trias arctissimo quodam vinculo, polysyndeto και·και·και continetur. Duo autem

autem illa vnicā esse antecedentis membra, ex versu sequente patescit, vbi sola ἀποτάσις per oppositionem repetitur, ελλειπομένης τῆς απόδοσεως, quippe quae attentiōri cuius lectori suppletu facillima. Sie fere: ο μη αγαπῶν με, τοὺς λογους μου ου τηρεῖ. E. καὶ ο Πατήρ μου ουκ αγαπᾷ αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν οὐκ ελευθορεῖται, οὐδὲ μονῆν πάρα αὐτῷ ποτομεῖ. Itaque si η αγαπὴ του Ιησου atque τηρησίς του λογου αὐτοῦ vnicē ad antecedens et obiectum manifestationis; η αγαπὴ του Πατρὸς autem et ελευθερία et παραμονή singulatim ad consequens et εμφανιστὶ ip̄lam pertinent: cogitū, Olandrum, qui ex membro consequentis membrum antecedentis, ex obiecto εμφανισθεώς εμφανιστὶ aliam efficit, nulla naturae dictionis, nulla interpunctionis ratione habita,

miscere quadrata rotundis,  
adeoque analysin ab Ipso datam perstinatu minus dignam existere.

### §. XV.

Itaque ut Olander minus stabili analysi sua suam sententiam soluagam praestabilire necesse duxit, sic nobis, iure quodam talionis aut retorsionis, fas esse ducimus, vt sententiam Nostratium vulgarem vulgi corundem eaque planissima analysi verborum euangelicorum praemuniamus. Fiet, speramus, hac oppositione, vt opposita iuxta se posita tantum, quantum sat est, illucescant, eoque factio lector, veritatis amans, in nastram nostram pertrahatur. Dabimus proinde delineationem quandam, *capitis* quidem XIV. totius breuiorem, commatis XXIII. connexorumque paullo prolixiorē. Satis accurata nobis videtur totius cap. partitio, qua illud in tres lēcatur partes, quarum PRIMA s̄st̄it CONSOLATIONES, quibus Christus discipulorum suorum animos moerore ob abitum Eius fractos a tristitia reuocare et laetitia perfundere intendit. Has vero consolationes PRIMO ordine consinno profert, adducitque 1) fidem eorum in Deum et ipsum Christum, v. 1. 2) mansiones in domo Patris hoc abitu parandas v. 2. 3) redditum Domini et assumptionem eorum in gloriam v. 3. 4) gloriae magnitudinem v. 4. Hae rationes erant, quibus discipulos suos Christus consolatur. Harum

B 2

occasione



occasione DEINDE prolata discipulorum soluit dubia CVM Thomae, cuius exceptionem habet v. 5. sed diluit eam Christus v. 6. TVM Philippi, cuius ex responfione Christi Thome lata obiectio v. 7. 8. cui quidem ex aſſe responſione ſua ſatisfacit Christus. v. 9. 10. 11. Exemtis ſic Apoſtolorum dubiis, ALTERA parte continentur PROMISSIONES, quas itidem PRIMO proponit: promittit namque 1) dona miraculosa v. 12. 2) certifimam precum exauditionem v. 13. 14. dummodo Chriſtum amaturi ſint et praecepta eius, in primis de fide, ſeruatur v. 15. 3) communionem cum Spiritu S. paracleto v. 16. cuius incapax ſubiectum, mundum ſcil. remouet v. 17. 4) communionem cum ipſo Chriſto v. 18. 19. 20. sc. in apparitione eius post ζωωοντιν, propter quam et illis vitam gratiae et gloriae promittit, dummodo praecepta ſua ſeruaturi ſint, vero amoris ηγετης; tum enim diſcipulis communionem hanc ſecum promittit infallibiliter v. 21. Iam vero Iudas ſcrupulum conceperat ex verſu 19. HINC Chriſtus defendit quaſi promiſſiones ſuas aduersus Iudei dubium, quod iſ eloquitur v. 22; respondet ad illud Chriſtus v. 23. 24. rationem indicans, quare ſe mundo non gratiore reuelet inhabitando, defectum ſc. fidei et amoris. Haec tandem excipit TERTIA pars, quae CONCLUſIONEM inſinuat v. 25-31. conſtitit ea in iterata excitatione ad triftitiae proſcriptionem ei gaudium, cui repetita consolationis argumenta adnectuntur. Recordemur hic, amabo, quid inter nexum et ordinem interſit. Nexus ſcientificum ſ, ſystematicum in Scriptura S. fruſtra quaerimus, ſed ordinem concinnum vbiq; inuenimus. Atque hic ordo eſt, qui analysis eruitur; quo circa a praefantia illius ad huius perfectionem concludere licebit.

### §. XVI.

Militat ergo pro nobis brevior illa totius capitis adumbratio: ſed paullo amplior haec commatis XXIII. repræſentatio multo amplius commilitabit. Ex promiſſa Chriſti maniſtatione Iudas ſcrupulum animo impotenti ſuo conceperat; quem ſcrupulum Chriſtus comiter eripere ſtudebat. Aiebat igitur „mirandum Iudei minime eſſe, quod non omnibus ipſe ſe oſtenturus fit, quippe cum et Patri ipſe moſ fit, ut ſe non patefaciat, niſi ſui amantibus: Patris autem ſe eſſe imitatorem, ipſis conſlet ex Matth. XI, 25. Ioan. VI, 44. Repetit autem, quod ſupra dixerat commate XV. et XXI, dilectionem nullam Patri ſibi que probari, niſi

nisi quae sedula praceptorum suorum obseruantia efficax sit. Atqui huiusmodi haut infucatae, haut inertis pollicetur felicitatem, emphatica quadam gradatione inuolutam. Conficit eam AMOR Patris admodum adfectiuus et effectiuus, summis amoris diuini signis, documentis, beneficiis redundans: nec amor ille solum, sed ADVENTVS etiam, sensus ille gratiosissimae praesentiae diuinæ iucundissimus: nec denique vel adventus iste solum; sed PERMANSIO etiam, stabilis ex parte Dei gratiosi illius amoris, gratiosae huius praesentiae et inhabitationis et operationis perseverantia et incrementum. Declarat igitur, ut laetissima haec indicia propioris familiaritatis a se et Patre non quibusuis exhibeantur, sed sui tantum amantibus: ita, quisquis pracepta sua non obseruet (obseruare autem ea neminem hominum de mundo) eum ipsum se non diligere, ac proinde honore illo manifestationis et commodo indignum esse: vero Pater omnes Filii vere amantes dicto feliores reddat; ita nec mirum esse, si nihil honoret eos, qui Huius pracepta spernant, pracepta, quae non ab Hoc originaliter profecta sunt, non suo reperta ingenio, sed ab ipso Patre emanarint.

### §. XVII.

Haec quidem qui secum reputarit, pedibus ibit in sententiam, quamvis vulgarem, nullum tamen interpretum dissensum hic usque expertam, ex qua ultima commatis XXIII. verba ita suppleta intelliguntur: Καὶ πρὸς αὐτούς (τὸν αὐτῶντα με, καὶ τὸν λόγον μου τηρησούσας) ελευθερεῖται (εγώ καὶ οἱ Πάτημοι) καὶ μονην παρ αὐτῷ (τῷ εὐτῷ κεχαριτωμένῳ καὶ εν τῇ χαρτὶ εγκροτῷ) ποιησομεν. Repe-tita hac expositione ex superioribus (§. IV.), iuuat ex proxime antecedentibus (§. XVI. XVII.) paullo breuius ea repetere, quae eidem expositioni maxime inseruiunt, nouaeque illi, quam Olander dedit, palmam facile praeripiunt. Colligimus inde hunc in modum: Pollicebatur Christus: εγώ εμφανίσω εμαυτούς τα αὐτῶντα με. Subsumebat Iudas de se et condiscipulis: ημεῖς εγμεν οἱ αὐτῶντες αὐτούς ημεῖς οὐει εμφανίσει αὐτοὺς εαυτούς. Sed quum priuata eiusmodi εμφανίσεi non exhaustaret spem arque exspectationem publicae εμφανίσεως solennitate, splendore, maiestate plenissimae; instabat queritans; ημεῖς,



ημιν, Κύριε, καὶ οὐχὶ τῷ κοσμῷ; Ad utrumque responderet Christus: I. Εγώ εὑφαντῶ εμάυτον πάντι τῷ αὐτακῶτι με. Hanc thesin quasi ita firmat: Ωτίνι οἱ Πατήρ εὑφαντῖ εἰς εἰπούντον, αὐτῷ καὶ εγώ εὑφαντῶ εμάυτον. Οὐ δέ Πατήρ οὐκ εὑφαντῖ εἰπούντον εἰ μη τῷ αὐτακῶτι αὐτού. πᾶς δέ οἱ αὐτακῶν με αὐτακός καὶ τὸν Πατέρα· οἱ Πατήρ οὐν αὐτακητεῖ, οὐ εγώ αὐτακητός· οὐτινά δέ αὐτακητομέν, προς αὐτούν καὶ ελευτορεῖδα καὶ μονην πάρ αὐτῷ ποιητομέν. II. Οὐ δυνατόν εὑφαντίζειν εμάυτον τῷ κοσμῷ. Alteram hanc thesin ita probat: Οἱ λογος μου οὐκ εἶναι εἷμος, αλλὰ τοῦ πεμψαντος με Πατρός. Πᾶς οὐν οἱ μη τύρων τον λογον μου, οὐκ αὐτακός οὐδὲ με οὐδὲ τον Πατέρα. Οὐ δέ μη αὐτακῶν ημας, οὐκ αὐτακηθησεται υφημιν· οὐ δέ οὐκ αὐτακητομέν, προς τούτον αὐτον οὐδὲ ελευτορεῖδα οὐδὲ μονην πάρ αὐτῷ ποιητομέν. Sic sole, opinor, clarius adparet, vulgarem et analysis et expositionem non sine aperta verborum παρεργμενεια cum noua illa ab Olandro ex-cogitata commutari posse. Neque tamen prius epinicum canere licet, quam remotis Olandri contra vulgarem interpretationem obiectionibus, trutinatisque iis, quas pro noua sua subduxit, rationibus. Illae quidem refutatu, hae confutatu, aequo si fuerint faciles, facilis erit totius litis dirematio.

### §. XVIII.

Reuersi itaque eo, unde diuersi paullulum eramus, pērgimus in examinanda Olandri dissertationē, cuius §. VI. nunc nobis datur obuiam. Agitur ibi de variis interpretum expositionibus, quaque de causa adductae illae non sint, indicatur. Nos vero nullam omnino hic nouimus varietatem. Neque hoc mirum Olandro videatur, aut eo tantum consilio dictum, vt Ipsi vilibet contradicatur. Distinguet enim Ipse sine dubio, vt nos supra iam distinximus, inter expositionem grammaticam atque logicam. Quod ad hanc attinet, distinguat porro, quaesumus, inter verbalem illam atque realem s. doctrinalem. Facta hac distinctione, illam philologico-exegeticam, hanc exegetico-dogmaticam s. systematicam dicat. Atqui si de hac Ipsi sermo est, concedimus varietatem, sin de illa, negamus eam atque pernegamus. Nam

Nam philologice diuersam h. l. expositionem nemo vnaquam  
 Inter Graios, qui vera requirunt,  
 diuulgauit alicubi, praeter Olandrum, quaeque ls sibi  
 noua dux accedere gaudet  
 Nomina.

Sed de varietate realis, quam diximus, seu doctrinalis, *de futilibus base-  
 reticorum et fanaticorum ad h. l. fragmentis, de serie illa tam antiquorum,  
 quam nouorum interpretum, eorumque sententiis*: de his, inquam rebus  
 dogmaticis Angeronae litandum erat, neque propterea quidem, quod  
*divitias librorum aut copiam lectorum interpretum ostendere non iuuabat, sed quod dissertationem PHILOGICAM scribere iuuerat.* De-  
 decet enim Philologum, iis, quae ad philologiam minime pertinent,  
 silentio peplo non inuolutis, vagari extra oleas.

### §. XIX.

Restat igitur vna vulgaris illa, recepta et inueterata expositiō,  
 cuius summam Auditor Lampii §. VII. dissert. suae ita exhibet: 1) *Ad-  
 uentus et mansio, de qua hic sermo est, restringitur ad Deum Patrem et  
 Filium.* 2) *Illorum aduentus et mansio porro restringitur ad illum, qui  
 Christum diligit.* 3) *Res, significata per aduentum et mansionem, illis  
 (cordatoribus interpretibus praeter Olandrum omnibus) est bonum  
 illud gratiae, quod fideles in hac vita in communione cum Deo foederato  
 mediate participant per Spiritum obſignationis.* Postremum hoc mem-  
 brum huius loci non est. Pertinet ad forum exegetico-theologicum.  
 Prioribus autem binis numeris quae commemoratur restrictio, vtraque  
 ea consensum omnium omnino philologorum interpretum, cuiusuis  
 aei, coetus, ordinis, experta, inter Nostrates maxime obtinuit, ob-  
 tinet, obtinebit. Verba illa in item vocata partem pericopae cuius-  
 dam euangelicae constituunt, quae coetui nostro quotannis die Spir-  
 itus S. in Apostolos effusi memoriae dicto pro concione exponitur.  
 Quantam igitur gratiam Olandrum a coetu nostro putatis iniisse, qui  
 meliora eum, et veriora, et conscientiae probatoria doceri voluit! Id  
 si reuera voluit, vel ea de voluntate sola nobis collaudandus esto: fin  
 maculam



maculam vulgaris in restringendo erroris, usque receptae, et ciuitate  
quasi donatae hallucinationis Nostratibus inurere Ipsi collibuit: di-  
ctum sibi putato illud Comici:

Adeo vobis videmur esse idonei,  
In quibus sic illudatis?

§. XX.

Quo iure autem, quae iniuria Olander illuserit in Nostratibus,  
in his nimirum, qui erroneam quandam restrictionem systematibus  
(vbi binis praecipue locis, de SS. Trinitate, de unione mystica, di-  
ctum nostrum tanquam probans non solum, sed pro sede doctrinae  
etiam venditatur et usurpat) commentariis, sermonibus sacris, cet.  
intulisse Ipsi dicuntur: illud quidem postea videbitur in fine. Nec  
diffitemur, eam, quam venerandis Nostratium nominibus debemus,  
pietatem una cum usu illo homiletico maxime animum ad puluisse ad  
scribendum, illis quidem ut parentaretur, hic vero ab innouatione ut  
vindicaretur. Quo animo, veritatis siue antiquitus siue recentius co-  
gnitae amantissimo, nunc in arenam cum Illo descentum, geminam-  
que spartam, Respondentis alteram ad eas, quas subornauit obiectiones,  
alteram Opponentis iis, quas sibi subduxit, rationibus, quidquid  
res ipsa postulauerit, utramque hanc Spartam, quantum humeri va-  
lent, in nos suscepimus. Ceterum, et si veremur, ut Ille aduen-  
titiae illi sententiae, siue casu, qui, iudice Cicerone, veritatem inter-  
dum imitatur, siue incredibili quadam ingenii vi animo nouae inter-  
pretationis dudum cupido conceptae, ut nuntium huic mittat, pro-  
pterea maxime, quod,

Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes:  
confidimus tamen, fore, ut Ipse cogitata nostra et disputata in par-  
tem accipiat opinione meliorem.

§. XXI.

Vulgarem illam explicationem genuinae Seruatoris sententiae  
consentaneam esse, semper se dubitasse Olander ait §. VIII. dissert.  
siue, neque adhuc solum dubitare, sed contrarium iam statuere.  
Quid



Quid ex hac *semper-dubitacione*, quam tamen non nisi pro certo quodam verborum ornamento habere cogimur, quid inde colligere licet, vel Ipsum latere non poterit. Prodit ea videlicet animum a Pyrrhonismo hermeneutico proprius remotum : sed Pyrrhonismo nulli, vllibi scientiarum

curuo dignoscere rectum,

datum est. Atque eadem illa *semper-dubitatio* adnumeranda nobis videtur esse palmaris *caussis variarum* quarumlibet Scripturae S. explicationum. Dolemus autem, Auditorem Lampii diutius sempiterna illa dubitatione fluctuisse, nec prius Eum in indubitatem suam restrictionem incidere potuisse. Sed si inciderit dudum, magis etiam dolamus, Nostrates eam tam diu celatam ab Ipso fuisse, quorum tamen intererat plurimi, illam citius cognouisse, per ea, quae proxime supra dicta sunt. Quis tandem casus (nam casui haecce nouitas cum sexcentis aliis plurimum deber) quis casus, inquam, *semper-dubitacionem* illam sententiae nouae matrem quasi, vel obstetricem fecerit, de eo altum apud OI. est silentium. Nobis quidem, si quid coniiciendo valeamus, conjectura, quae sequitur, maxime probabatur ante quam ad probabiliorum quandam deferebamur. Conjectura, quam feceramus, haec est : Olandrum diu multumque de vulgari illa interpretatione dubitantem, et alia super alia meditantem, forte demum fortuna in nouam eam restrictionem incidisse : legisse Eum, exemplo rem ut illustremus, Theologum illum Anglum Guil. Perkin-sium, qui Opp. theol. p. 99. ad definitionem vitae aeternae dictum illud Ioan. XIV. 23. allegat. Nec male quidem, si non de consummata, sed inchoata aeterna vita sermo sit. Sed conjecturam modo de eo, quod fieri forte potuerit, non eius, quod factum sit, diuinationem, cum lectoribus communicare voluimus, probabilius quippe aliud quoddam infra daturi.

### §. XXII.

Pergimus itaque ad causas illas sonticas, quae Olandrum videre vetuerunt, cur aduentus et mansio ex necessariis et irrevocabilibus *caussis* ad Deum Patrem, unitum cum Filio, restringi debeat. PRIMA quidem

C



dem earum haec est: *In oeconomia gratiae etiam Dei Filius Ἰησοῦς  
arctissime iunctus est cum fidelibus.* Atque in toto verborum, pulcher-  
rime connexorum, contextu primarium subiectum, de quo in continuo  
sermone et uno quasi halitu aliquid praedicatur, sunt discipuli, qui  
fide et amore cum Christo coniuncti sunt. Duplex, ni fallimur,  
argumentum hic substruitur, quod utrumque ad syllogismos  
reuocabimus, ut rite recteque procedat disputatio. Primi igitur Syl-  
logismi haec fere forma erit: *Si Christus iam per fidem et amorem ar-  
ctissime iunctus est cum fidelibus, aduentu et mansione arctius cum ipsis  
iungi nequit.* E. falsa illa restrictio. Sed verum illud. E. et hoc.  
Ita sine dubio Olander. Nos vero, et si cum forma syllogistica vel  
ponderis aliquid obiectioni Ol. addidisse videamur; eo tamen faci-  
lius etiam fallaciam eiusdem detergemus. Sapit ea fallaciam disiun-  
ctionis, facit disiunctiu ex coniunctiu. Disiunctionis ipsa, qua omnis  
syllogismi, quem formauimus, hypothetici consequentia innititur,  
haec est: *Christus artissime iungitur cum homine aut fide et amore,  
aut aduentu et mansione.* Quis ferat hanc disiunctionem?  
Quis dixerit, formulam: *vbi illud, ibi hoc etiam, commutari  
posse cum hac: aut illud, aut hoc: E. si illud, non hoc.* Quis ergo,  
conditionem antecedentem cum effectu consequente, ex alia aliaque  
parte, disiungi recte posse statuerit? Atqui fides et amor ex parte  
hominis sunt conditio antecedens gratiae consequentis, aduentus illius  
et mansionis ex parte Dei et Christi. Qui legit textum: *euv τις αγα-  
ρα με κ. τ. λ.* is conditionem legit et consequitionem. Iam vero  
vbi conditio antecedens ex parte hominis, ibi gratia etiam consequens  
ex parte Dei Christique. Verum igitur est: Christum per fidem at-  
que amorem arctissime cum homine iungi. Conuertamus hanc enun-  
tiationem per aequiparationem. Erit haec: Christus ad hominem  
vere credentem suique amantem venit, apud ipsum mansurus. Hoc  
facto, syllogismus ille, aliam iam naectus faciem, erit hic: *Si Chri-  
stus per fidem et amorem arctissime iungitur cum homine (ita scil. ut ad  
eum veniat mansurus), aduentu et mansione arctius cum ipso iungi ne-  
quit.* Est autem illud, E. et hoc. Hoc argumentum utraque manu  
amplectiuntur; neque Olandrum dissentientem amplius habemus.  
Habemus



Habemus, quod volumus. ALTERVM deinde, quod paullo ante descripsimus, Olandri argumentum, in formam syllogismi redactum, hoc est: *Si in toto verborum contextu primarium subiectum sunt discipuli, fide et amore cum Christo iuncti: cogitur, ut ad Christum et discipulos aduentus et mansio restringi debeat. E. non uti vulgo ad Christum et Deum Patrem.* Illud autem cum sit, est etiam hoc. Ast perperam sumitur adsumtio. Verba Christi periodum compositam constituunt, vti supra demonstrauimus. Conuertamus eam, licet, in simplicem. Ecce conuerlam: Ο αγαπῶ με καὶ τὸν λογον μου τηρητῶν, οὗτος εστιν οὐ σχεπτοτε ο Πατήρ μου, οὗτος εστι τῷρος οὐ ελευθορεῖος, καὶ οὗτος αὐτος εστι πάρει μνημονεύοντος. En, quaeſo, primarium illud subiectum, de quo (vtar verbis ipsius Ol.) in continuo sermone et uno quasi halitu aliquid praedicatur. Praedicatur autem præcipue hoc: Euni, qui Jelum vere amat, obiectum esse gratiae aduentantis et permanentis Dei Patris insigniter adamantis, Filiique incredibilem illam gratiam pollicitantis:

Quoque magis redamat, magis et redamatur ab illo.

Itaque ille *solus* primarium est cum subiectum, tanquam is, cui diuina promissa fiunt, tum obiectum, ceu is, in quo implenda ea veniunt.

### §. XXIII.

ALTERA, quae ibidem, §. VIII. legitur, haec est OBIECTIO Ol. Praeterea etiam statuo, inquietis, realem banc explicationem tam in toto, quam in parte cum proximo verborum contextu minus recte convenire. Si enim per aduentum et mansionem P. et F. intelligitur bonum illud gratiae, quod fideles gradatim in hac vita participant per Spiritum obſignationis, nonne tunc Christus, ex collatione verborum proxime antecedentium: ET PATER MEVS DILIGET EVM, idem fere per idem explicasset? Ille enim amat a P. in hac vita, quem ita ab aeterno propter Christum et unionem eum C. amavit, vt in tempore gratiae illum amorem gradatim participet, eumque per spiritum obſignationis in corde ſentiat Rom. V. 5. Iam autem Theologi in verbo diuino nullam ταῦτολογίαν aut inanem quandam verborum aut phrasum, unam eandemque rem significantium, repetitionem admittunt, quae tamen hic exſurgere



*gere videtur, si vulgaris illa interpretum explicatio conceditur.* Fiat et ex hac obiectione syllogismus: *Ex quacunque explicatione aperta exsurgit ταυτολογία, illa in mendo cubat.* Sed ex vulgari cet. E. Propositionem facile largimur; adsumptionem vero minime probatam Olandrum dedisse, aequa facile probamus. Est vero της ταυτολογίας eadem fere ratio, quae famosissimae εναντιφανειας. Dictu vtraque per facilis, sed per difficulter probatu. Fuit tempus, quo vtroque genere omnia perstrepare consueuerant. Fuerunt, qui, gloriolam in mustaceo quaesituri, in genus vtrumque declamiterunt; sed successu, et cordatorum praelertim applausu, plane destituti. Hodie quidem eiusmodi nodus in scirpo quaeri desit, nec quisquam ea de causa scribendi suscipit impudentiam. In ταυτολογίαις in primis, Scripturae S. adfingendis, opera semper perditur atque oleum, etiam in libro maxime perspicuo, atque ad omnium captum egregie accommodato, sexcentis plures επεξηγηται speciem ταυτολογιῶν mentiantur. Neque tamen opus est, vt ostendamus, quid ταυτολογίαι inter et επεξηγηται intercedat discriminis, quum tantum absit, vt illa lateat in verbis euangelicis, vulgari restrictione explicatis, vt multo potius plus quam haec ibidem deprehendatur. Quodsi enim, cogitato primum amore aeterno atque infinito ex parte Dei, hominis deinde ex parte praesentior quidam et efficacior gratosi illius amoris diuini sensus cogitatur: quis vnam tum eandemque rem cogitari dixerit? Quis igitur per το αὐταν et ερχεται κ. τ. λ. idem per idem, indigno ταυτολογίαι vitio, explicatum adfirmauerit cum Olandro? Sed

Grande locuturi nebulas Helicone legunto.

Nos vero illa αταυτολογία, quam demonstrauimus, mouit merito, vt locum hunc ei, quem nobis fecimus, indici expurgatorio ταυτολογιῶν Scripturae S. exprobratarum, iam insertum, mox inde rursus expungeremus.

#### §. XXIV.

TERTIA Ol. obiectio vulgarem illam explicationem scopo Chri-  
sti proximo conuenire negat. *Volut Christus, sic Ille, specifice in con-  
textu*



textu verborum demonstrare singularem modum, quo Patris veritas in unione cum Filio manifestanda esset. Id Christus alibi clarioribus verbis explicat, e. gr. Ego et Pater unum sumus Ioh. X. 30. Hic loci tantum voluit explicare modum et gradus, quibus veritas et gloria ipsius manifestanda esset fidelibus. Quomodo id fiat mediate, per partes explicauerat in verbis proxime antecedentibus, et quomodo id futurum sit immediate, in subsequentibus exponit. Colligamus ex hisce syllogismum: *Quaecunque explicatio scopo verborum explicandorum proximo non conuenit, ea verbis ipsis non conuenit.* Sed vulgaris cet. E. Adsumtionem probaturus Olander scopum ipse effingit, quem explodat, scil. hunc: *voluisse Christum singularem hic demonstrare modum, quo modo Patris veritas in unione cum Filio manifestanda fit.* Negat, hunc Christo scopum fuisse, ita argumentans: *Quidquid alibi clarioribus verbis a Christo explicatum legitur, illud b. l. scopo ipsis non conuenit.* Sed veritas Patris cet. E. Adsumtionem facile probavit, propositionem aegre vel nunquam probatam dabit. Scopo illi, cui vulgarem explicationem conformatam perhibet, alium substituit, eumque arbitria sua, quam supra iam examinauimus, αναλυσει et διχοτομαι mediata nimirum et immediata illa veritatis et gloriae ipsius Christi manifestatione superstructum. Corruit itaque vna cum analysi scopus, quem fecit, proximus. Nos quidem proximiorem, ut ita dicamus, scopum ignoramus, praeter hunc: *voluisse Christum Iudei interroganti satisfacere et profari caussam, cur se se suis, non mundo, manifestatus sit, quem admodum ipse Pater, cuius maxime aemulus sit, manifestare se posse, velit.* Atque huic scopo, quem superiora comprobant, accuratius conuenit vulgaris explicatio. Quanto planior ergo ille, tanto haec firmior reputanda.

## §. XXV.

Sed QVARTA superest Autoris anti-lampiani obiectio, eaque copia verborum ceteris paullo prolixior. Habet ea neruos suos; atque nos, facta illius anatome, hos succidere, quam totam eam descrip-  
tam dare, malumus. Nec dubitamus, quin mentem Ol. sat accurate exprimamus, obiectione Eius hanc syllogismi in formam redacta: *Quaecunque explicatio analogiae fidei repugnat, vera esse non potest.* Sed

C 3

vulga-



*vulgarem interpretationem analogiae fidei repugnare, subsumit Ille, indeque, veram eam esse non posse, concludit Quae quidem conclusio legitime processisse ut videatur, suppeditur adsumptionis approbatio, huius tenoris: Quaecunque explicatio veritatibus de Deo et Patre et Spiritu S. reuelatis repugnat, ea analogiae fidei repugnat. Sed vulgaris interpretatio repugnat PRIMO doctrinae de Deo Patre reuelatae. Namque, sic Iplum probantem iam inducamus, nullibi in tota Scriptura S. alius occurrit locus, ubi Patri secundum unionem cum Filio aduentus et mansio in relatione ad ecclesiam tribuitur. Legimus quidem de Patris regno adueniente, sed non de ipsis Patris aduentu et mansione. Aduenit ille et manet in ecclesia, qui ab alio quodam mittitur. Sed Pater in oeconomia diuina et gratiae a nemine mittitur. - Aduentus et mansio tum Filii, tum Spiritus S. in ecclesia et credentium cordibus est phasis in sacris usitata; sed dubito, an ullibi Pater propter opus oeonomicum in ecclesia aduenire dicatur. Neque vero difficilis erit ad haec obiecta responsio. Productis scil. locis, in Mose, Prophetisque et Psalmis non adeo infrequentibus, vbi Deo Patri gratus oritur tribuitur aduentus et mansio: productis, inquam, his locis, intelligetur, quae nam Olandro fides habenda sit, confidentius de rebus, quae in tota Scriptura S. nullibi legantur, pronuntianti. Producimus igitur, nec mala fide Exod. XIX. 9. XX. 17. 21. Lev. XXVI. 12. Ies. LVII. 15. Ez. XXXVII. 27. Hos. V. 15. VI. 3. Ps. XLVI. 5. 6. LXXXIV. 2. Quorum locorum summam quasi Paulus exhibet 2. Cor. VI. 16.*  
 Καὶ θεὸς επενοθεῖστος ὅτι εὐοικητῶν εν αὐτοῖς καὶ εμπεριτατητῶν. Addimus tandem Iac. IV. 8. Quae cum ita sint, nulla erit, quam Olander vulgari interpretationi adsingit, pugna cum analogia fidei. Neque de Spiritu S. lis erit interemtu difficilis. Olander quidem: *Si Christus, inquit, voluisse explicare id, quod interpretes vulgo supponunt, nonne Christus, si hoc ipsi placuisset, ad clariorem rei demonstrationem addere potuisset: Et Spiritus meus, qui a Patre procedit, veniet ad illum et mansionem apud eum faciet?* Quid? si hic regeramus, Christo illud ideo non placuisse, ut caueret sibi abs ταύτων για λ. vitiosa quadam repetitione, quam verbis suis temere olim adiustum iri praeuiderit? Potuisset utique Christus verbo ελευσομέθα addere ο Πατηρ, εγώ, καὶ το Πνεύμα



το αεγιον: potuisset haec, inquam addere; sed quum το εγω ipso verbo,  
ο Πατηης eodem commate, et το Πνευμα της αληθειας, ο ο κοσμος ου  
δικεται λαβειν - ο παρ υμιν μενει και εν υμιν εσαι v. 17. contine-  
atur, mirum profecto non est, Christum addere illa noluisse. Prius  
vero, quam ultimam hanc obiectionem mittamus, fatendum eriam erit,  
aliquid i nibi prorsus intactum a nobis merito relinqui, illud sc.  
quod de typo aduentantis et remanentis columnae nubis et ignis contra  
Lampium ab auditore disputatur. Nihil enim res typicae ad forum  
philologicum, Linquantur iudicibus aliis, iisque non incompetentibus.

#### §. XXVI.

Examinatis haec tenus, ne dicam remotis, Ol. obiectionibus, ali-  
am iam personam induiti, obiectiones nosmet ipsi moliemur, easque  
contra sententiam ab Ipso adstructam, Ipsoque iudice, cunctis praeiudi-  
ciis sepositis, ad simplicissimum et clarissimum huius dicti sensum eruendum  
magis idoneam censendam, directas. Liceat hic ad praeiudicia,  
quorum Ille §. IX. mentionem iniicit, applicare, quae sequuntur:

Nimirum idem omnes fallimur, neque est quis-  
quam,

Quem non in aliqua re videre Suffenum  
Possis: sius cuique attributus est error.

Ol. quidem ad praeiudicia antiquitatis atque autoritatis digitum videtur  
intendisse: nos vero, praeiudicium praeiudicio locum facere posse, alias  
edoeti, propemodum veremur, ne Ipse grauiori quodam laboret prae-  
iudicio, quod praeiudicium simplicitatis, claritatis, conscientiae, semper-  
dubitacionis, dixerimus, vbi terminis Oandro familiarioribus. Cuius  
generis praeiudicia in eo consistunt, ut nulli subscribatur verborum  
sensi, nisi, qui vacet mysterio, omnique dubitationis ansa, vel ad  
eam redigi possit simplicatem claritatemue, ut conscientiae, nescio cui,  
probetur, conscientiae, qua nihil quisquam verum putare teneatur,  
nisi quod simplicissimum, quod clarissimum, quod studio illi non cre-  
dendi, sed conscienti acceptissimum. Quid eiusmodi praeiudicia va-  
leant, quid ferre reculent, exemplo suo nos docuit Olander. Age-  
dum, arcem causae, quam subornauit, ipsam nunc inuadamus.

#### §. XXVII.



### §. XXVII.

Quem modum probandi Noster §. IX. dissert. suae indicauerat, eum reliquis denis strenue persequitur. PRIMO nunc quidem totus in eo est, vt fructus carpat eius, quam contra vulgarem interpretationem instituerat, disputationis. Concludit inde §. X., verba textus posse et debere restringi primum in verbis: adueniemus et mansionem faciemus, ad Christum, unitum cum discipulis; et deinde pronomen repetitum αὐτὸν, αὐτῷ debere referri ad Deum Patrem, cuius respectu in verbis proxime antecedentibus dictum erat: Et Pater meus ipsum scil. qui me diligit, et verba mea retinebit, diligit. Ita concluditur ex summis praemissis. Nos vero, vbi sumta illa refellimus, eundem laboris nostri fructum capere audemus, vt indidera concludamus, refutatam iam posse et debere haberi istam conclusionem.

### §. XXVIII.

ALTERVM, quod Olander sibi imposuerat, munus erat docendi, quid singulae phrases conuenienter filo sacro significant. Haec igitur eo pertinent omnia, vt nouae suae restrictionis appareat possibilis; cui quidem, si nihil habeamus, quod opponamus, recordamur, sexcentis in locis sensum quandam verborum satis superque commodium esse posse, nec verum tamen ibidem respse esse. Iam vero videamus, quid Ille, eruto singularum phrasium significatu, praestiterit, vt iudicari etiam de illa possibilitate possit. Egregium Ille ingenii documentum edit §. XI. diss. suae, vbi generatim supponit, in singulis phrasibus elegantem exhiberi allegoriam, sive allusionem ad inquilinos, hospites et viatores, in primis ita, vt hic prae aliis sint contemplandi commigrantes viatores, qui consanguinitatis, amoris et amicitiae vinculo inter se coniuncti sunt, qui ambulant una eademque via, qui habent unum eundem patrem et patriam sive statum permanentem, quo tendunt, et quo gradatim deducuntur. Haec illa allusio est, quam Ipse rei statum egregie depingentem iactat, et conscientiae suae se satis commendantem. Hanc Ille prioribus sex Cap. nostri versibus respondentem fistit, vbi Christus multa de se ipso explicat attributa, quae viatori, cum aliis migranti, propria sunt, vbi Is loquitur de μονασι πολλας εν τη οικια του Πατρος

αὐτού



autou et de discipulis commigrantibus, et portionem habentibus cum ipso  
in domo Patris, quo iter eorum tendebat. Hanc allusionem deinde Vir  
peringeniosus cum typis V. T. Christum eiusque socios repraesentan-  
tibus, accurate conuenientem deprehendit; quo refert primo tres  
illos migrantes viros coelestes Gen. XVIII. 1-8. itinera deinde pa-  
trum, Abrahami atque Iacobi; migrantem denique columnam nubis  
et ignis, quiescentem demum in sanctuario. At in typicis his et em-  
blematicis nihil moramur. Suo quisque ingenio abunder. Abun-  
det eodem Ille, sed caueat simul oblecramus, ne quid diuinae Christi  
dignitati detrahatur eadem illa allusione, qua Christum commigrantem  
viatorem, una eademque via nobiscum ambulantem sistit. Non pos-  
sumus igitur, quin ita hic argumentemur: Quaecunque allusio Christo  
ipso indigna est, ea illusionem in ipsum sapit. Allusionem Ol. autem  
Christo indignam esse, sic euincimus: Quaecunque allusio Christum, ho-  
minem sine exemplo, κεχωριμένον από των αμαρτωλῶν, cum homi-  
nibus peccatoribus pari passu, in uno eademque explorationis, fidei, obe-  
dientiae, spei statu commigrantem, et una eademque cum ipsis via ad sta-  
tum confirmationis, gloriae, perfectionis, ambulantem sistit, ea quan-  
tum dignitati του Αρχιερεώς non sibi, sed aliis πειρασθεντος detrahatur,  
facile intelligitur. Quam obiectionem eludere Ille si potuerit, euin-  
cere tamen nunquam poterit, allusionem suam innatam magis, quam  
illatam esse. Quae praeterea ex prioribus sex vers. petir, praesidia  
iusto longius petita sunt; quaeque de typis haber, mera fere nitun-  
tur accommodatione. Ergo ad alia.

### §. XXIX.

Generaliorem illam, sed minus stabilem, singularum phrasium  
εξηγησιν specialissima excipit expositio significatus earundem per par-  
tes; atque prima quidem ερχεσθαι cum restrictione προς τον πατέρα  
§§. XII - XIII. exponitur. Sumitur hic tantummodo phrasis:  
venire ad Patrem, cum tamen ex noua illa restrictione: καὶ προς αὐ-  
τον (τον πατέρα μου) ελευθερία tota phrasis haec potius esse de-  
beat: venire ad Patrem Iesu Christi. Maluit autem Olander Patrem  
tantum in illam phrasim adhibere, quo eam facilius commutaret cum  
D hac:



hac : *venire ad Deum.* Mente quidem et cogitatione hoc statim ab  
 Eo factum videmus , his in verbis : *Phrasis : venire ad Patrem in*  
*sacris litteris non raro occurrit ; id quod vel postea non de hac ipsa*  
*probatur, sed de illa : venire ad Deum aliisque phrasibus synonymi-*  
*cis. Quam phrasin sibi sumserat Olander, eius vero significatum et*  
*latiorem et strictiorem ita determinat, ut in illo ea significet ultimum*  
*finem spirituum rationalium per mortem a corpore, Separatorum : in*  
*hoc autem transmigrationem spiritus e corpore, quae iuncta est cum*  
*perfecta salute, siue, beatissimum vitae finem post mortem, tendentem*  
*ad immediatam cum Deo unionem ; quem sensum Ille plenum nomi-*  
*nat atque optimum. Ad priorem illum refertur Eccl. XII. 7. Spir-*  
*tus venit ad Deum, nec non comma 5. e. c. vbi domus aeterna*  
*commemoratur. Quam tamen domum Ille cum statu animae post*  
*mortem perperam confundit. Nam domus illa sempiterna Orienta-*  
*libus, nihil olim certae domus per totam vitam habentibus, sed va-*  
*gam semper et inconstantem vitam viuentibus ; his, inquam, fixa*  
*propria, perennis, domus dicebatur sepulcrum. Conf. Iob. III. 15.*  
*XVII. 13. Quis vero dixerit, in sepulcrum transferri omnes spiri-*  
*tus, e vita emigrantes ? Eodem praeterea refert Ille phrasin : va-*  
*dere viam omnis carnis, quam mittimus. Sed ad plenum illum et*  
*optimum sensum referuntur loca, quotquot de abitu Christi ad Patrem*  
*agunt, et maxime Ioan. XVII. 11. vbi Christus Patrem ita adloquitur :*  
*καὶ εγὼ προσ σε ἐρχομαι. Quae verba longius hic petita videntur,*  
*nec quidquam ad approbationem facientia, quum quintus a verbis*  
*nostris versus eundem Christum discipulos ita adloquentem sistat :*  
*ἐρχομαι προς υμας. Sed de hoc postea. Locus Ebr. XI. 6. quo-*  
*modo de beata fidelium morte explicari possit, non videmus, cum*  
*προσερχομενος τῷ Θεῷ (non legitur enim ἐρχομενος προς τὸν Θεόν)*  
*ciuem regni gratiae nouitium denotet, qui Deo probari, Deo seruire,*  
*Deo per fidem vniri discupiat. Legitur praeterea epistolae huius XII.*  
*22. 23. 24. προσεληνθάστε κατη Θεῷ παντῶν καὶ διαδηντις νεας*  
*μετη Ιησου. Quidni hic locus etiam adductus ? Ast Iesus hic non*  
*est, qui veniat cum suis ad Deum , vti Olander dictat, sed is , ad*  
*quem veniatur etiam, sicuti ad Patrem. Quare fit, ut consulto hic*  
*locus*



locus omissus esse videatur. Ceterum, quum ad eundem illum sensum τὸν εγχειρῶν προς τὸν πατέρα retulerit etiam ceu synonymous phrasin : *venire ad pacem*, plura etiam synonyma ex loco de beata fidelium morte adducere potuit. At noluit. Locum enim illum augere, quam exhaustire, maluit.

### §. XXX.

Explorato dictio[n]is significatu, doctrinalis accedit interpretatio, cuius haec fere summa est : 1) *Ipsum Iesum Naziraenum, aeternum illum Dei filium, in statu exinanitionis intime praesciuisse et suae, et discipulorum suorum beatissimum vitae exitum.* Reliqua huius numeri, praescientiam illam Christi probantia, supersedemus. 2) *Exprimi individualium nexus inter utriusque felicis vitae exitum.* Quo in numero reliqua mittimus praeter haec verba : *Christum morte sua vitaque anteacta vel pro se ipso beatum vitae exitum ADQVISIVISSE;* quae verba Socini potius, quam Lampii discipulum eructaturum fuisse crediderimus. Inuria enim merito Christi fit ; quae nemini vtinam offendiculo vertatur !

Sed munimen habet nullo quassabile ferro euangelica de illo merito doctrina. 3) *Innui etiam distinctos gradus in utroque adventu ad Patrem.* Quo numero toto supersedemus, cum illi gradus ex parte ipsius Christi pariter atque credentium satis cuique superque cogniti sint. Repetimus duntaxat, quod supra prae-monuimus, commentationem Olandri in primam illam dictio[n]em, si ea vel omnibus numeris absoluta sit, nec quidquam ei ad perfectio[n]em desit, nihil tamen amplius efficere praeter meram nouae restrictionis suae possibilitatem.

### §. XXXI.

Tantundem profecto, nec amplius quidquam, perficiunt eā, quae de altera enuntiatione : καὶ μονὴν παρὰ αὐτῷ ποιησομεν a §. XV. ad XVIII. doctius disputantur atque prolixius. Prodit hic loci Vir plur. reuer. quod ostendere se nolle supra dixerat, diuitias scilicet librorum, lectorumque philologorum copiam. Lectu sane dignissima sunt, quae Ille ex Trommio, Scapula, Hesychio, Suicero, et ex suo-

D 2

met



met ingenio annotata dedit. Quibus missis, nos contra paucis dicimus, quid de phrasī μονῆ παρὰ τινὶ ποτειν̄ philologicē sentiamus. Periphrasticam eam nominare iuvat, aequiparandam simpliciori et clariori huic: μενειν̄ παρὰ τινὶ, quae in antecedentibus v. 17. aur, si maiis, grauiori illi: μενειν̄ μετα τόνος εἰς τὸν αἰωνα, quae v. 16. occurrit. Confirmat nos hac in sententia cum raritas vocis μονῆ, tum maxime crebritas verbi ποτειν̄ in significatu agendi, degendi, versandi, commorandi, visitatissimi. Hoc in significatu illud occurrit Act. XV. 33. XVIII. 21. 23. 2 Cor. XI. 25. Iac. IV.. 13. Eundem agendi s. degendi significatum imitatur Latinorum facere. Vtrumque autem, et το ποτειν̄ et το facere infinitam prorsus phrasium periphrasticarum multitudinem efficere, neminem fugerit, qui linguam utramque vel a limine modo salutauerit. Sic phrases ποτειν̄ κέπτιν̄· εκδικητιν̄· εορτην̄· συστροφην̄· πορειαν̄· λυτρωσιν̄· επιτυχειτιν̄· προνικαιν̄ aliaeque sexcentae circumloquutiones sunt verborum κρινειν̄, εκδικειν̄, εορταζειν̄ κ. τ. λ. Itaque cum ποτειν̄ commorandi, et μονῆ morae inuoluat notionem: μονῆ παρὰ τινὶ ποτειν̄ vernacula nostra adprime conuenienter exprimi posset ita: eine gute Weile verweilen. Idem vero nobiscum sensisse, nec procul certe a partibus nostris stare videntur, quotquot verterunt simpliciter: manebimus, non secus ac si legissent: καὶ παρ αὐτῷ μενουμεν̄. Quād quidem versionem compluries nos legere certo meminimus, neque autorum nomina reticeremus, si ad Lectorum scientiam, nostram autem fidem, opus esse videtur.

### §. XXXII.

Quae cum ita sint, non est, quod cum Ol. longius ad μονειν̄ πολλας v. 2. occurrentes recurramus. Neque vero Idem eodem reperisse sibi visus fuisset. Atque hanc demum veram putamus (maiori certe cum probabilitate) occasionem et ansam Olandro fuisse, sagacitatis suae, quae

faciles oculos fert omnia circum,  
opera egregie abutendi. Iam quidem omnem nouae illius restrictio-  
nis



nis genefin mente et cogitatione facile concipimus. Sed, missis his originibus, dicamus potius, quod res est. Fac igitur, μονη versus nostri eiusdem cum μονας πολλας comm. 2. naturae atque conditio-  
nis esse, eius nimirum, ut singularem coelestis gloriae statum significet;  
quam, quaelo, relationem habebit ad hanc μονη illud συγχρονεν?  
Nonne hinc sequeretur, fore, ut status ille demum, aduentu ad Pa-  
trem facto, faciendus sit? Ast Christus ipse facturus eum non est,  
qui ipsum iamiam existere significanter adseuerauerat: Ει τη οικια  
του πατερος μου μονας πολλαι εἰτι· ει δε μη, επιστη αει υμιν, πορευομεν  
επομεστες τοπον υμιν. E. ο τοπος εν ταις μοναις εκειναις ηδη πτω-  
μασαι. E. non ita multo post Christus dicere non potuit: ελευσο-  
μαι προς τον πατερον μου, και μονη εν τη οικια αυτου ποιητω, nisi  
sibimet ipsi contradicturus, quod cogitat nefas! Idem vero ποιειν  
cum, interprete Olandro, de credentibus Christi membris praedice-  
tur, quo pacto, amabo, homunciones coelestem eam rem facturi,  
μονη παρα Θεω τω Πατρι ποιησοντες dici poterunt? Ex quo con-  
sequitur, in commate nostro de alia quadam μονη ac in secundo ser-  
monem esse, eandemque μονη non ad αυτο illud infinitum, quod lon-  
gius aberat, sed ad αυτο, quod proxime antecesserat, finitum atque  
mortale restringendam fuisse. Per opportunum se nobis hic praeberet  
locus quidam apud Irenaeum de Eucharistia Lib. V. cap. 2. vbi R. P. hanc  
resurrectionis fidelium effectricem esse docet. Sic autem ille: Πειρος  
δε μαρτυρετες, οτι εκ της εκεινου υπεροχης, ουκ εκ της ημετερος Φυ-  
σεως, την εις αει παραμονην εχομεν. Notemus hic phrasin εχειν την  
εις αει παραμονην i. e. habere eam, quae est in perpetuum, permanis-  
tionem. Sed Matyri illi Lugdunensi sermo ibi non est, nisi de aeterna  
corporum nostrorum duratione; quod per contextum nemo neget.  
Quodsi igitur Olander legisset apud Ioannem: και μονη παρ αυτω  
συγχρονεν seu εξηρομεν, tolerabilius eius esset interpretatio. Illud vero  
cum ita non sit, relinquitur, ut unum istud ποιειν eam reddat  
intolerabilem.



## §. XXXIII.

Reliqua, quibus Olander alteram illam phrasin vberius explicare satagit, quum parumper ad philologiam pertineant, paucis tamen stricturis nunc percensibimus, ne quid scientes iniustius praetermissae videamur. Ille vero, sumta sibi hac occasione, inquirit altius in pluralitatem mansionum coelestium, declarato dissensu a praceptoru, et consensu cum interpretibus, varios gloriae coelestis gradus sub illa sibi concipientibus. Pergit deinde ad singularitatem της μονης, quam Christo suisque vindicauerat, atque ex numero illo singulari colligit, Christum suosque singulares mansiones, suas quemque, habituros esse; id quod tum metaphorica Christi ad dextram Patris sessione, tum promissione quadam gratiosa discipulis Matth XIX. 28. facta, tum familiariore illa Christi cum Triumviris apostolicis, Petro, Iacobo, Ioanne consuetudine, instar praeludii, illustrare vult, et comprobare. Quibus praemissis, per partes denique quid doceatur, ostendit: doceri autem illa dictione primum, qua in re vitae Christi suorumque finis ultimus a communis omnium morientium genere differat, quorum hi quidem omnes ad Deum Iudicem veniant, illi vero soli ibidem maneant; quam praerogatiuam excellentissimam ad Christum deinceps suosque applicat. Contineri deinde eadem phrasi aliam etiam emphasis. Ad plenam mansionis illius, ab aeterno iam factae, ad plenam eius possessionem insuper certa quedam determinata opera, tum ab una parte a Christo, tum ab altera parte ab hominibus requiri. Atque remotum hic quasi ire videtur irremobilia illa, quae ex notione του ποιειν restrictioni suae aduersum tenent. De Christo quidem pronuntiat, extruendan fuisse hanc mansionem per opus ipsius mediatorum, et quidem per gradus tum exinanitionis, tum exaltationis; id quod Christus comm. 2 praedixisse dicitur: ποιειν, inquiens, επικαρποτοποιησαι. Sed verba haec, quod mirandum! categorice, praeter contextum, in aliam sententiam abripiuntur, cum tamen praecedat: ει δε μη, ειπω αυτην. Citantur igitur eodem fere modo, quo Pl. XIV. vel ab Atheo citari potest. Vnde intelligitur, citatis verbis nihil profecturis, stare obiectionem illam de factis iam inde ab aeterno mansionibus. Neque alteram istam defacienda ab hominibus mansione

mansione diluit Olander adserendo : faciendam eam adhuc esse ab his per fidei et amoris erga Christum exercitium , et constantiam in bonis operibus ; id quod te<sup>t</sup>ctam ad constantiam invitationem nominat , atque simul obseruat , promissiones de gloria coelesti saepius coniungi cum seriis adhortationibus ad fidei perennitatem ducentibus . Remanet , inquam , varius

### inextricabilis error

in hac enuntiatione : Ανθερποις (quo demum cunque modo illud fiat , aut fieri posse statuatur ) παιτειν μονην παρα τω Θεω , et quidem μετα την ελευτιν αυτων προς αυτον , ordine per ipsum textum satis determinato .

### S. XXXIV.

Cur breuiores nos esse deceat atque oporteat in trutinandis Ol. explicationibus plusquam philologicis , saepius iam commemorauiimus . Nihil proinde reliqui , nisi ut tertium illud demonstrationis Ol. membrum , quod magis hue spectat , examinemus . Promiserat Ille , commonstrare , quam pulchre explicatio sua cum verborum contextu et scopo conueniat , hoc erat , perfectam eiusdem omnibusque numeris absolutam veritatem , possibilitatis adstructae quasi complementum . Nos vero , si vel maxime concederimus , hanc possibilitatem sic satis sibi constare , ut

### recto stat fabula talo :

necessariam tamen illam veritatem , contextu et scopo satius determinatam , desideramus adhuc , atque a peroratione dislert . Ol. in cassum exspectamus . Heic quidem Ille iusto breuior : *Quis non vider , ait , quam pulchre et quam commode haec nostra explicatio ad usitatas S. Scripturae phrases et ad totum verborum contextum eorumque scopum quadrat ? Hoc modo Christus porro explicabat , quam utilis et quam necessarius esset suus corporalis a discipulis suis abitus ad patrem . Sic pergebat , fidei , sancti in se amoris , piisque circa ipsius verbum studii , imo amoris paterni , in corda fidelium per Spiritum S. effusi , excellentissimas consequentias demonstrare . Et sic ei placebat ad Iudee interrogationem respondere , quando , ubi , et quo modo se se discipulis suis veler manifestare*



flare immediate, immutabiliter et gloriose, ad continuum eorum gaudium et plenam satietatem. Ita explicit feliciter.

§. XXXV.

Fatemur autem atque profitemur, nos esse ex incredibili eorum numero, qui non vident, restrictionem Ol. tam pulchre, tam comode toti verborum contextui, eorumque scopo conuenire. Quod ipsum quo minus videamus, ipse scopus, ipse contextus, sua quisque luce radians, nos impedit, et facem, quam nobis praetulit Ol. admodum obscurat. Scopo verborum nihil est intellectu facilius. Erat is danda ad Iudee interrogationem responsio. Hinc statim: *Quaecunque explicatio ad illam interrogationem nihil quadrat, illa nec ipsi scopo coheruit.* Sed explicationem Ol. nihil ad illam interrogationem quadrare, duabus maxime ex rationibus eluet; primo, quoniam in interrogatione de citiore quadam manifestatione sermo est, de manifestatione in hac vita, hac exploratoria fidei et obedientiae prouincia, ubi sanctus credentium grex cum profana mundi fece una adhuc eademque

vescitur aura,

sed alterutri tantum ea fit manifestatio, illi non huic: in explicatione Ol. autem multo senior ea est, et post hanc vitam: deinde quod interrogatio loquitur de actu sese manifestaturi, μελλει εμφανίσεν τεσσαρον, explicatio vero Ol. eruit statum manifestandi: ελευθορεῖται πάρος τον πατέρα καὶ μονην πάρ αυτω ποιητομενον hoc quidem non poterit dici εμφανίσει αυτω εμπατον, sed saltim εμφανίσηται αυτω δια της δοξης καὶ εμου καὶ εαυτου. Ex quo bina quasi consecutaria consequuntur, alterum: eiusmodi manifestationem vix immediatam dici posse, vti Ol. eam dixit, quippe cum mediante utraque illa δόξη s. gloria coelesti demum fieri ad Ipso dicatur; alterum: eiusmodi manifestationem vel ei, cui tamen a Christo denegatur, ipsi mundo futuram esse: εμφανίσηται καὶ τω κοσμω αφοται γαρ εις ον εξεκεντησαν Ioan. XIX. 37. εν τη αποκαλυψει του Κυριου Ιησου απ ουρανου-δικην τιτουσιν, ολεθρον αιωνιον, απο προσωπου του Κυριου, κατ

απο



απο της δοξης της ιτχυος αυτου· οτσε ελθη ενδοξως θηναι 2. Thess.  
I. 7. 9. 10. Quae consecaria, illam explicationem a scopo longius  
deflectere, coarguunt. Reliqua, quae de scopo disputari possunt,  
cum supra in medium prolata extent, rursus ea repetere nolumus.  
Sed illa atque haec, omnia, simul sumta, vulgarem verborum euan-  
gelicorum interpretationem, scopo ipsorum apprime consentaneam,  
corroborabunt.

## S. XXXVI.

Neque vero scopo solum, sed ipso etiam contextu Olandrum  
excidisse, facile intelligetur. Nos quidem ita: *Quaecunque explicatio et antecedentibus et consequentibus repugnat, ea ipso contextu excidit.* Sed, explicationem Ol. antecedentibus non minus, quam consequentibus  
repugnare, vt ostendamus, per partes ibimus. Atque de antecedentibus negari nequit, discipulos Christi της ελευτεως ac της μονης  
obiectum ibi esse, vbi legitur: Οὐκ αὐτοῖς υμας οἱ Φαρισαίοις ερχομαι  
προς υμας. το Πνευμα της αληθειας μεν μεθ υμαν εις τον αιώνα,  
μεν προς υμιν και εν υμιν εσται. εμφανισω αυτω εμαυτον. Atqui  
explicatio Ol. ex illis facit subiectum eiusdem ελευτεως et μονης; quod  
per eam ipsam constat. E. qualis obiectum inter ac subiectum differet, talis inter contextum et Olandrum discordia. In consequen-  
tibus autem maior etiam explicationis Ol. ac contextus discrepantia  
sole eluet clarius. Verba, quae proxime succedunt, haec sunt:  
Ο μη αγαπατω με, τους λογους μου ου τηρει. Antithesin quamquam  
his contineri, res ipsa loquitur. Adesse autem, quod supra iam ob-  
seruauimus, solam προτατην, eadem condocet. At quaenam, cedo,  
αποδοσιε illa erit? Nulla sane, nisi haec eadem, quae antecesserat  
proxime, negatis quae antea adfirmabantur, haec igitur: καὶ οἱ Πατήρ  
μου οὐκ αγαπατησε αυτον και προς αυτον οὐκ ελευθομεθα, οὐδε μενην  
παρ αυτω ποιησομεν. Atqui si per immediatam hanc consequio-  
nem fieri nullo modo potest, vt αυτον et αυτω ad Patrem restringa-  
tur, ελευθομεθα autem et ποιησομεν ad Christum suique amantem;  
sequitur, vt eiusmodi restrictio cum contextu plane sit irreconciliabi-

E

lis.



lis. Sed verum esse prius, ex falsitate appareat huius enuntiationis: καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Πάτερα μου οὐπελευτομεθά, οὐδὲ εγώ, οὐδὲ οἱ μη  
εγωῶν μέ κ. τ. λ. Quae, qualis, quanta haec! Ergo verum etiam est posterius, explicacionem Ol. contextui plane repugnare, tam verum hoc, inquit, quam quod verissimum.

### §. XXXVII.

Examine nostro qualicunque ad finem perdusto, personam tamen, quam haec tenus sustinuisse iuuit, prius exuere nolimus, quam addito GALEATO quodam EPILOGO. Quo in epilogo, nec misericordiam moturi, nec plausus captaturi, id agimus duntaxat, ut, quaecunque ad suadendam sententiae vulgaris perseverantiam faciant, peroremus. Tria vero sunt argumentorum genera. PRIORE quidem continentur, quae magnam habent vim ad probabilitatem; ut summa vulgaris interpretationis antiquitas, vnamis interpretum indubiae autoritatis consensus, per facilis sensus communis adsensus, peropportuna variae h. l. lectionis suffragatio. ALTERI vero subiecta sunt, quae multum certitudinis adferunt: argumenta ab aequipollentia, ab oppositione, a parallelismo denique et authentica quasi interpretatione desumenda. Nec dubitamus hic pro certo dicere, esse et probabilitatem et certitudinem illam oppositi fere formidinem superaturas. Agmen utriusque illorum argumentorum generis claudet TERTIVM quoddam genus, vbi ab interpunctione, a copula, a pronomine, a figura, a casus tandem similis expectatione s. παραδίξη quadam argumentatio procedet. Quod genus propterea neutri illorum subiicere poteramus, quod, ut illud subiiciendum foret, non satis certo sciebamus. Erit hoc agmen quasi nouissimum.

### §. XXXVIII.

Occlamatibit hic sine dubio Olander, binis argumentis illis, ab antiquitate vulgaris interpretationis, atque ab autoritate innumerorum interpretum mirifice in eadem consentientium desumis, nihil inesse nerui, nihil roboris, sed pura puta praeiudicia ea esse, quae deponenda potius, quam in subsidium vocanda veniant. Ast bona verba, quae! Nos quidem bigas eas non sine causa collocauimus in primo agmine, sed

sed ut cum bigis subsequentibus viam sternerent phalangi, aut si vel occidione cederentur, pugnam tamen eidem facilitarent. Sed procul hinc, procul eito pugnacitas! Absit ea ab erudito orbe aequo longissime, atque eam,

quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello,

abs toto terrarum orbe abesse sic praeoptamus, ut nihil magis! Antiquitatem illam atque autoritatem, qua vulgarem interpretationem traditam nobis commendataaque esse Ol. ipsi satis constat, utramque praeiudiciorum venire nomine, per nos liceat, sed eiusmodi praeiudiciorum, quae magis vi vocis, quam vsu loquendi terminantur, ita, ut sint iudicia pridem post hominum memoriam facta atque adprobata. ASCONIVS quidem praeiudicium definit rem, quae, quum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum, quod sequuntur. Atqui antiquitatem illam et autoritatem, qua difficiliter omni exceptione maior est altera, interpretaturis exemplum, quod sequuntur, adferre reste posse, rectiori cuiusque vel conscientiae probatur. Inest ergo utriusque vis quaedam praeiudicii: valer utraque pro aliquo praeiudicio, pro quo tantus rerum numerus valet quam validissime. Cuiusmodi praeiudicium quum magnam ad probandum vim habeat, necesse est, ut ex utroque illo vulgari interpretationi multum accedat probabilitatis. Tantum igitur abest, ut certam eam propterea iudicemus, quod omnibus retro seculis inter omnes omnium ordinum atque partium interpretes obtinuerit, ut probabilem potius eam ideo dicamus, quoniam tanto aeuī spatio, tantoque interpretum numero, mens ceu quibusdam veritatis notis adficitur: quanquam certitudo ipsa, aliunde cognita, hoc probabilitatis genere egregie confirmatur.

### §. XXXIX.

Quod conscientiae suae Olander, idem nos *sensui communi* re-  
Etius tribuimus, ut, quidquid huic satis commendetur et probetur, id probabilitatis etiam magnam habeat speciem. Sed vulgarem illam interpretationem communi hominum sensui probatam semper fuisse, ex cana ipsius antiquitate, venerandaque autoritate facile colligitur. Eidem vero eandem ad hoc tempus probari, et ad omne tempus probatum



batum iri, hoc nobis ut persuadeamus, facilis est tum experientiae, tum etiam coniecturae. Nos quidem, lecta Ol. dissertatione, periculum eius rei fecimus cum plurimis, doctioribus pariter ac rudioribus, quorum neminem restrictioni Ol. adsentiri, sed vehementer ab ea quemque dissentire meminimus. Nouimus Metaphysicum magni nominis, qui, cum ex infantula sua veritatem principii repugnantiae percunctaretur, ita quidem, ut vxorem suam suae et esse et non esse matrem dictaret, lacrimulis infantulae tandem concedere coactus, notionem communem illud esse deprehenderit. Quod ille ploratu docebatur, id risu nos illo ex tempore saepius educti sumus, esse nimur vulgarem illam interpretationem communis sensui accommodatorem. Subridebat enim, quisquis nouam illam restrictionem auribus hauserat. Quia quidem re factum, ut probabiliorem inde vulgarem duceremus expositionem.

#### S. XL.

Si quid recte est in eo, quod praecipiunt viri omni doctrina hermeneutica politissimi, ut variarum dicti cuiusque explicandi lectionum habeatur ratio, Olander certe in dissipata sua philologica variam loci nostri lectionem minus recte neglexisse censendus est. Namque exemplum illud Cantabrigiense, quod Bezae fuerat, non legit ελευτομεθα et παιπομεν, sed singulariter ελευθομαι atque παιπομαι. Quae lectio, si vera esset, seu genuina et vulgaris, conscientiae Ol. ita se probatura forte fuisset, ut nihil quidquam de noua restrictione in mentem ipsi veniret. Verum enimuero, ut omnis variarum lectionum seges ira comparata est, ut, si qua est in ipsis offensionicula, nullibi tamen locorum sensum prorsus diuersum efficiant, sed ter dena earum, quae Millio compilantur, connumerantur millia deinceps, reiectis spuriis, denario pauciore ad numerum redacta, exceptis paucissimis, eiusdem fere sensus, parisque autoritatis sint: ita varia h. l. lectio in eo amicissime conspirat cum vulgari, ut vulgaris obtineat restriction. Ελευθομαι atque παιπομαι clarius illud ερφανισω αυτω εμεντον exprimunt. Hinc ipsa eorum pronomina certius etiam indidem determinantur. Cui lectioni licet non valde inimici simus, vulgarem



vulgarem tamen pro eo, ac par est, praeponimus. Namque ex εμ-  
Φαντω illo variam illam lectionem originem suam traxisse, aut, si ma-  
uis, accommodatam ad illud proprio ausu fuisse, haut temere nobis-  
cum coniicet, quicunque non ignorauerit, codicem illum Cantabri-  
gensem vna cum Claramontano et Germanensi tantum non habere  
nec pretii, nec autoritatis, quantum iusto largius iisdem Millius attri-  
buit, quippe quum a librariis non vna in re suspectis exaratos eos esse  
abunde constet. Sic, confirmata vulgari lectione, vulgarem eius ex-  
positionem ex variante illa corroborari, tam probabile nobis est, quam  
quod probabilissimum.

#### §. XLI.

Cuius rei probationem nunc dabimus, quam cum Quintiliano  
dixerimus inexpugnabilem. Summam eius iam supra exhibuimus;  
nec dubitamus, fore, ut fidem ibi datam hic liberemus. PRIMVM  
quidem argumentum, ab aequipollentia nobis dictum, sic habeto: Si  
verum est, enuntiationes hypotheticas ad vniuersales et quasi catego-  
ricas renoucari posse; sequitur, ut enuntiatio illa: Εαν τις αγαπά με,  
τον λογον μου τηρησεί· καὶ ο Πατήρ μου αγαπησει αυτον, καὶ προς  
αυτον ελευθορεῖσα, καὶ μονην παρα σωτω ποιησομεν aequiparanda sit.  
huius: Πατησ ο αγαπων με καὶ τον λογον μου τηρων, ουτος εσιν ου αγα-  
πησει ο Πατηρ μου, ουτος εσι προς ον ελευθορεῖσα, ουτος παρα μονην  
ποιησομεν. Quo maior haec est enuntiationum aequipollentia, qua  
tamen nulla maior esse poterit, eo maior vulgaris illius restrictionis  
verae certitudo est, eo firmior sententiae nostrae perseverantia,

#### §. XLII.

ALTERVM argumentum, quod diximus ab oppositione, non  
minorem ad certitudinem vim habet. Argumentamur autem ita: Si  
verum est, quod in proverbiū abiit, opposita iuxta se posita magis  
illucescere, sequitur, ut ex enuntiatione contradictorie opposita hac:  
Εαν τις ουκ αγαπά με, τον λογον μου ου τηρησεί· καὶ ο Πατηρ μου  
ουκ αγαπησει αυτον, καὶ προς αυτον ουκ ελευθορεῖσα, ουδὲ μονην παρ-  
ασω ποιησομεν illaceſcat demum vera illa enuntiationis aientis tex-

E 3 talisque



tualisque restrictio, quae vulgo omni tempore obtinuit inter omnes. Nam in negante hac enuntiatione, secundum nouam illam restrictionem, cum aduentu et mansione του μη αγαπωντος του Ιησου<sup>ν</sup>, negaretur ipsis Christi ad Patrem aduentus atque mansio: quod absurdum absurdam quoque reddit illam restrictionem, vulgarem vero certiorum. Primum hoc erat, ut ingenue fateamur, quod statim ab initio ineundi examinis inter legendum nobis contra dissertationem examinationam succurrebat, nec parum nostra interesse videbatur. Eandem autem oppositionem in textu ipso commare, quod immediate subsequitur, 24. factam esse, summo deinceps opere nobis gaudebamus. Prius enim illa in mentem inciderat, quam ad contextum curatus respxeramus. Nec temperare nunc nobis possumus, quin negotiationem illam seu oppositionem lapidem quasi Lydium vocitemus, ad quem restrictio eiusmodi quaeque exigi optime queat; id quod pluribus, si opus esset, exemplis illustrari posset.

#### §. XLIII.

TERTIO loco quod supra locauimus argumentum, a parallelismo mutuatum, hoc erit: Quaecunque expositio alicuius loci locos alios sibi parallelos determinat, ea per hosce inuicem determinatur. Sed expositionem loci euangelici, qua hic de aduentu et mansione Dei Christique explicatur, locos alios sibi parallelos determinare, excitatis his ipsis, ostendisse sufficiet. Sunt vero hi: 1 Cor. IIII. 16. Οὐκ οἴδατε, ὅτι υἱος Θεοῦ εἶτε, καὶ τὸ Πνεύματος του Θεοῦ οἰκεῖ εν υμῖν; VI. 19. Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὸ σῶμα υμῶν υἱος του εν υμῖν οἰγίου Πνεύματος εἶτιν, οὐ εχετε από Θεοῦ; 2 Cor. VI. 16. υμεῖς ναὶς Θεοῦ εἶτε ζωντος κ. τ. λ. Iac. IV. 8. εγγιγατε τῷ Θεῷ, καὶ εγγιγεί υμίν. Apoc. XXI. 3. Ιδοὺ η σκηνὴ του Θεοῦ μετα τῶν ανθρώπων, καὶ σκηνωσει μετ αὐτῶν - καὶ αὐτος ο Θεος εἶται μετ αὐτῶν. Non ignorantia illa, quam Paulus urget, determinatur per gratiosam Christi promissionem, interiore experientiae salutaris sensu comprobata, praeter quam quippe nullus fere locus de tanta hominum cum Deo vnione existeret. Quod si ita est, promissio ipsa indidem determinatur, ut homines ναὶς Θεοῦ propterea dicantur, quod ο Θεος καὶ ο Χριστος ερχονται

προς



προς αὐτοὺς, καὶ μονῆ παρα αὐτοῖς ποιοῦται: id quod vulgaris sibi vult interpretatio. Nec minus D. Iacobi verba determinantur verbis Christi, ut εγγιτάτε τῷ Θεῷ idem sit, ac αγαπάτε τὸν Υἱὸν του Θεού καὶ αὐτοῦ τηλεγίτατε τὸν λόγον, nec ο Θεός εγγιγει υμῖν non aequipolleat his ελευτεριῶ προς υμᾶς, καὶ μονῆ παρα υμῖν ποιηται. Quis inde apparere neget, aduentum et mansionem non ad Christum et hominem, sed ad Deum et Christum restringi debere? Quae restrictio verbis denique apocalypticis iisque D. Ioannis ipsius omnium maxime determinatur. Haec quidem: η σκηνὴ του Θεού μετα των ανθρώπων κ. τ. λ. siue ad gratiae, siue ad gloriae, quod dicitur, Dei regnum pertineant, in utroque casu ελευτεριῶ illam atque μονῆ respiciunt proprius, certiusque ad Deum referunt. Itaque si valeret restrictio Ol., hic locus ita se potius haberet: η σκηνὴ των ανθρώπων μετα του Θεου, καὶ σκηνωσούσι μετ αὐτού, καὶ αὐτοὶ οι ανθρώποι επονται μετ αὐτού. Ex reliquis, quae supersunt, locis duo tantummodo citasse sufficiat: Gal. II. 20. Ζω δέ, οὐκ ετί εγώ, ζη δέ εν εμοι Χριστός. Eph. IIII. 17. Κατοικήσει τον Χριστόν διος της πιστεως εν ταῖς καρδίαις υμῶν. Adde sis, si relegere placeat, 1 Cor. XIV. 24. 2 Cor. XIV. 3. 5. Gal. IV. 19. Col. I. 27. Quid opus pluribus, ut intelligatur ea, quam parallelismus vulgari restrictioni pariat, certitudo?

#### §. XLIV.

Sed eam ipsam vincet ea, quae Q V A R T V M nostrum argumentum conficit, authentica interpretatio. Cuius quidem argumenti vis cernitur hac in argumentatione: Si vulgaris illa interpretatio authentica quadam expositione nititur, vnicē ea vera sit necesse est. Sed prius verum esse, loquuntur verba, quae leguntur primae D. Ioannis epistolae III. 24. Ο τηρῶν τὰς εντολὰς αὐτοῦ, εν αὐτῷ μενεῖ καὶ αὐτοῦ εν αὐτῷ καὶ εν τούτῳ γίνωσκομεν, οτι μενεῖ εν ημῖν, εκ του Πνευματος, οι ημῖν εδακεν. IV. 12. ο Θεός εν ημῖν μενεῖ, καὶ η αγαπη αὐτοῦ τετελεσμένη εστιν εν ημῖν, nec non secundae c. 9. ε μενων εν τη διδαχη του χριστου, αυτος καὶ τον Πατερα καὶ τον Υἱον εχει. Cuius generis enuntiationes haut rarae occurrunt in mellitissi-  
mis



mis litteris Nestoris illius Theologi, quo adolescente, in primis valde dilecto, Θεανθρωπος Ille αυθεωποφιλωτατος familiarius in terris vti sueuerat. Nec praetermittendus locus est Apoc. III. 20. Ιησος επι την Θυραν, και κρονω<sup>\*</sup> εαυ της ακουστη της Φωνης μου και ανοιξη την Θυραν, εισελευτομαι προς αυτον, και δειπνησω μετ αυτον, και αυτος μετ εμοι. Quo titulo, quoue iure citata haec significantiori authenticae interpretationis nomine insigniri queant, nihil quidquam acrius cum quoquam disceptabimus. Sufficit, classicum quod agitur dictum cum hisce uno eodem calamo effluxisse. Sufficit, tantum ubique verborum rerumque aequalitatem esse, vt nihil supra. Sufficit, Scripturam Scriptura, eaque proprius sibi respondentem, interpretandam venire. Quum igitur suorum quisque verborum optimus sit interpretus: optimam sane verborum euangelicorum interpretationem nee LAMPIIS, nec OLANDRIS, quid? quod nec D. Ioanni soli quidem, sed etiam Deo ΛΟΓΩ debebimus. Qua propter nobis,

remota

Erroris nebula,

vt gratulemur, aequum est. Reste hic Anti-Lucretius ille purpuratus;

O felix nimium! Siiam - - error

Excudit; o felix! Tua si bona denique noris.

#### §. XLV.

Neque vero nerum probandi ipsum diutius dissimulabimus. Constat primo, verba vel phrases saepius recurrentia inseruire interpretationi των απαξ (aut rarius certe) λεγομενων. Itaque quum μονην ποτεν sit απαξ λεγομενον, sed μεν plus centies apud eundem autorem occurrat; cogitur, illud per hoc ab ipso autore determinari. Relinquitur ergo, satis recte a nobis supra τον μονην ποτεν phrasin periphrastican significantiorem appellatam fuisse. Constat deinde, locos Scripturae eiusdem autoris, vbi eadem cogitata, eadem verba leguntur, ita se ipsos quasi authentice interpretari, vt, quidquid alicubi paullo obscurius dictum sit, alibi satis dilucidetur. Quodsi igitur verum,



verum, Ioan. XIV. 23. I Ioan. III. 24. IV. 12. 2 Ioan. 9. Apoc. III 20. loca esse vnius eiusdemque auctoris calamo descripta, eademque et cogitata et dicta, continentia; hoc si verum (veri autem huius vel oculi auresque sunt arbitri): sequitur, ut, quod in priore illo paullo obscurius dictum aut videatur, aut perhibeat, illud claritate reliquorum illustratum, clariore etiam luce resulgeat. Iam vero liberum esto suum cuique iudicium, quantum lucis dilucidis olim, sed ab Olandro recentissime subobscuratis, verbis Christi, quantum, inquit, lucis his adfundatur ex reliquis et Ioannis scriptis et Christi ipsius dictis.

Peruolat huc sapiens: nugae sunt caetera - -

Promiserat Christus, quod auribus primo Ioannes, deinceps calamo excipiebat, fore, ut gratiosa sua Patrisque *αγάπη*, quin mystica quedam, nec Deo, nec homine indigna, ελευσις atque *μονη* subsequetur την αγαπηναυτου και την τηρητην του λογου η των ευτολων αυτου. Olander quidem συνελευτην quandam Christi συν τω αγαπωντι αυτου atque συμμονην quasi ποιητεων συν αυτω παρα τω Πατρι inde extorquet. Verum enim uero cum ille testis, tum ipse Orator veracissimus peringenioso huic homini palam contradicunt. Ignorat uerque συνελευτην omnem, ignorat omnem συμμονην tantae inaequalitatis; ignorat bonum, altera της συνελευτεως και της συμμονης parte cogitato inferius, altera iusto superius, quod alterius omnem, alterius nullam in partem interest. Quid Homo ille, quid Deus iste contra? ALTER quidem solus totus in eo est, ubi uero ad τηρησιν των ευτολων του Πατρος και του Υιου αυτου peramanter inuitat et exhortatur, η την αγαπην και την Θεου και Χριστου εν ημιν μονην instar fortissimorum voluntatis momentorum repreaesenter. Hanc μονην του Θεου εν ημιν diem dicitur, deciesque repetitam iterum iterumque admirabundus effert, hortabundusque offert. Το μεντην του Θεου Πατρος και του Κυριου ημων Ιησου Χριστου, touto το μεντην εν ημιν, εν ιω αγαπωντι και ιησο ουι ιωι ευτολοις, τον λογον ιησ ζωης, το εχειν ιον παθεσα και τον Υιον, η αγαπην ιου εν ημιν μενοντος Θεου πειλελεμενη εν ημιν (nolit quisquam, quaesumus, nolit vitio id nobis dare, quod tories loquamur cum



cum fonte; ex ipso fonte quum aquae bibantur dulcior): Αρρητα illa μυ-  
σηρια της ευτεθεος conscientiae Apostoli probata, sensui ipsius interiori  
obvia, animo praedulcia, litteris quasi viuis, ubique confignata viden-  
tur, litteris ad rei ipsius sensum mirifice comparatis. Sed maius et-  
iam praesidium nobis est in authentica ALTERIVS, ipsius sc. Christi  
interpretatione. Εαν τις απουση της Φωνης μου και ανοιξη την Θυραν  
nonne haec unum idemque enuntiant illud: εαν τις αγαπα με, τον  
λογον μου τηρησω; Quod si ita est, neque negari, neque dubitari  
amplius poterit, aduentum illum et mansionem ad Deum Parrem et  
Filiū, non excluso sed presupposito demum Spiritu communī  
καταρτιζοντι, restringi necessario debere. Namque: και προς αυτον  
ελευσομεθα κ. τ. λ. indubitanus h. l. determinat Idem, venturus  
ad sui amantem sibique obedientem hominem quemcunque, Deus Ser-  
uator: εισελευσομαι, inquiens, προς αυτον, και δειπνησω μει αυτον  
κ. τ. λ. Iamque

nouo mirabere lumine victus,

Quanta Dei in nostram fuerit clementia gentem.

#### S. XLVI.

Phalangi argumentorum, cuius aciem inde a §. XLI. instructam  
dedimus, aliud etiamnum succedit agmen, idque nouissimum. Quae  
hic agantur, superius iam exposuimus, eodemque illo ordine ea nunc  
persequemur. Ordinur itaque ab *interpunctione* verborum eu-  
angelicorum, quam *interpunctionem* Olandro parumper curae fuisse,  
supra etiam ostendimus. Olander eam ita sibi finxisse putandus est:  
Εαν τις αγαπα με, τον λογον μου θηρησει, κατα ο Παληρη μου αγαπησει  
αυτον. Και προς αυτον ελευσομεθα κ. τ. λ. Cuiusmodi *interpunctioni*  
arbitrariae arbitraria respondet Eius et analysis et expositio. At si  
quid est valoris in lege, qua praecepitur: *a recepta interpunctione*  
*temere recedendum non esse*; quam legem valere omnes boni recte  
iubent, ne quid res exegistica detimenti capiat ex periculosa *interpunctionis*  
immutandae licentia, soliuago cuiusque arbitrio permista:  
sequitur, ut, donec vulgaris dicti nostri *interpunctio* obtinebit, vul-  
garis

garis etiam eiusdem interpretatio nouae cuique palmam praereptura sit, nec temere, vti ab illa, sic ab hac etiam recedendum. Praeter interpunktionem quidem aliquid aliud etiam Olander in textu mutatum videtur voluisse, *copulam* nimirum, quae Ipsi non minus aduersatur. Ex hac enim restrictio illa noua nihil omnino proficit, immo oninem, quam habeat, veritatis speciem deperdit, nisi medium illud και mutetur in δε, hoc fere modo : Εαν ιησ αγαπα με, τον λογον μου θηρησει, και ο πατηρ μου αγαπησει αυτον. Ελευσομεθα δε προς αυτον, και μονη πας αιων ποιησομεν. Hac enim ratione per illud δε manifestatio Ol. mediata illa ab immediata hac vere distingueretur, idque per ipsum linguae genium. Ita igitur si se haberet res, actum de vulgari interpretatione esset, nisi quid aliud subesseret praesidii. Stat autem immota et interpunkcio et copula ; quacum utraque, nec non cum scopo, contextu, cert. restrictio vulgaris immota stabit.

## S. XLVII.

Stabit eadem porro cum natura et usu *pronominis αυτος*; quod multum differt ab alio illo *εκεινος*. Illud scilicet ipseitatem (sit venia verbo!) ; hoc illeitatem, seu, absque barbarie distinctionis, ostensionem, quae procul est, significat. Deriuatur enim ab *εκας* procul, οη ην πορρω δειξιν σημανει. Quare si προς εκεινον legere Olander potuisset, tunc aperta ad Patrem, quippe qui procul, restrictio fieret. Neque dubium est, Ioannem, cui pronomen *εκεινος* familiarius in euangelio suo est, προς εκεινον scripturum fuisse, si ex mente ipsius, vel potius Loquentis, ad Patrem facienda fuissest restrictio. Sed quum adhibuerit pronomen *αυτος*, pronomen, quod Latinorum : *is ipse*, *bis ipse* exprimere amat, id quod vel maxime inde patet, quoniam eidem adponitur saepius pronomen demonstrativum *αυτος* e. gr. 2 Cor. II. 3. : cogitur, verba euangelica, exorta lire Olandrina, paullo accuratius ita vertenda esse : *atque ad eundem s. hunc ipsum veniemus*, und eben zu demselben q. d. προς τουτον *αυτον*. Quo facto, noua illa restrictio nullum prorsus locum inueniat. Obtinet ergo antiqua, vulgaris, usque recepta illa, utpote quae per ipsius pronominis relativi naturam atque

F 2

vsum



vsum ita determinatur, ut extra omnem dubitationis aleam posita videatur. Male proinde, quod obiter noremus, Olander sibi met ipse consuluit vertendo verba nostra: et pater meus IPSVM diligit. Et ad IPSVM veniemus et mansionem apud ILLVM faciemus. Legimus hanc versionem §. V. dissert. Ol. Olandri namque eandem esse, satis nobis superque constat. Largitur hie altera manu, altero nempe: IPSVM, quod altera, pronomine scil. ILLVM, sibi resumit, Sed et IPSE - et ILLITATIS simul amicus esse quis potest?

### S. XLVIII.

Atque in eodem illo pronomino graeco elegantior quaedam figura dictionis conspicitur, quam anadiplosin vocant rhetores. Primo statim obtutu haec figura oculos feriat, ipsoque auditu aures quasi palpet necesse est, ubi legitur: και ο Πατηρ μου αγαπησε ΑΥΤΟΝ, και προς ΑΥΤΟΝ ελευσομεθα κ. τ. λ. Quid pulcrius, quoq; elo, inadfectata hac sermonis elegancia?

Quidue placebit

Menti hominum, si non placet infinita venustas?

Dici sane vix potest, quantum palpabilis haec figura ad perfectam orationis diuinae claritatem faciat, re ipsa oculorum auriumque quasi iudicio exposita, quantum proinde ad obscurandam vulgaris interpretationis veritatem antiquissimam probatissimamque conferat. Nam sine hacce figura verba diuina fuerent hoc modo: και ελευσομεθα προς αυτον: qualismodi lectio et sensum orationis magis ambiguum, et conatum Ol. minus temerarium redderet. Admiremur itaque Olandri in vertendo iustitiam, qua (loco §. praeced. cit.) suam verbis reliquerit pulcritudinem. Multo autem magis felix illud pulcritudinis naturalis cum perspicuitate connubium admireremur! Iam vero huic pariter atque reliquis argumentis nostris iure nostro succinamus licet:

Hanc demum, audita causa, complectere partem,  
Quam mens, et ratio veri studiofa probabit.

### S. XLIX.



## §. XLIX.

Vnicum supereft, quod supra agmen illud nouifimum claudebat, argumentum, a παρεδία s. palpabili quadam casus ſimilis ex parte mutatione mutuaturn. Fingamus (namque ridendo non magis, quam fingendo

dicere verum

Quid vetat?)

Fingamus igitur, Olandrum, litteras graecas egregie doctum, graecam dissertationi sua praemissae prefationem, cuius hoc tibi habeto fragmentulum: Ο εχων την διατειθη μου, και ευδοκων εν αυτη, εκεινος εσιν ο επαινων με· ο δε επαινων με, επαινηθησται υπο του Νεοφιλου· και εγω επαινησω αυτον, και χαριτωσω αυτον εγωγε· Ηδη μεν ο Δοξοφιλος ελεγε μοι· Εταιρε, τι γεγονεν, οτι εκεινον μελολεις χαριτουν, και ουχι τους οφθοδοξους; Εγω δε απεκριθη και ειπω αυτω· Εαν τις επαινη με, εν τη εζηγησει μου τη νεωτεριζουση ευδοκησει· και ο Νεοφιλος επαινησει αυτον, και ερως αυτον πεμψομεν, και ημων αυτω την ευδοκιαν δηλωσομεν. . . . Versionem nolumus adiicere. Qui capere potest, capiat, capereque qui voler, capiet, quam absonta hoc in fragmento foret restrictio istiusmodi πεμψεως atque δηλωσεως ad Νεοφιλον tanquam obiectum, ad loquenter vero ipsiusque ομοψυφον tanquam subiectum. In ficto autem hoc fragmento si quid peccauimus, magis ineptiis, quam improbitate, peccauimus. Sapienti sat! OLANDRIS etiam satius!

## §. L.

Habes, sic liceat VIRVM PLVRIMVM REVERENDVM ATQVE DOCTISSIMVM nouae, quam examinauimus, interpretationis AVTOREM appellare, habes nostrum de dissertatione TVA iudicium. Habes eas, quas pro firmando et vindicanda vulgari expositio- ne subduximus, rationes: quas aut sequere, si probaue-

F 3

RIS:



ris: aut TVIS stabis, si quas inueneris firmiores, quas teneas. Aduersarium T E vulgaris nostra interpretatio nacta est, quem semper dubitatem de se experta fuerat. Sublata hac semper-dubitacione, cum illa T E reconciliatum iri, nos nec desperamus, nec confidimus. TV autem velimus, si TIBI ea, quae disputata sunt, minus probabuntur, propterea maxime, quod nihil de realitate ipsius aduentus mansionisque diuinæ explicatum legeris, conscientiae TVAE quod se probare potuerit, ut philologicam abs TE scriptam dissertationem non theologico- sed philologico-polemice examinari a nobis potuisse, debuisse, memineris. Qua de re si pugnabis amplius, aut dubitabis, cogites, quaesumus et obsecramus vehementer, etiam atque etiam de hacce rogatuncula:

CVIVS RES AGITVR, LITE HAC PENDENTE?

DEINE,

AN TVA?



COROL.

# COROLLARIA DISPV. TABILIA.

## I.

Luc. XXIV. 23. οπλασιαν αγγελων εωρακεναι idem sibi omnino vult, quod simplex phrasis: αγγελους εωρακεναι. Simplex θης expressum per θηρος ομιλη, a Critico maiorum gentium, V A L K N A E R O, vastae suae Phoenissarum Euripidis editionis p. 152. recens non minus, quam pulcre obseruatum legimus.

## II.

Luc. VIII. 15. εν καρδιᾳ καλῃ και αγαθῃ pertinet ad ανοντες. MOSHEMIDE prior QVESNELLIVS ita iam vertit: *Enfin ce qui tombe dans la bonne terre, marque ceux qui écoutant la parole avec un coeur bon et sincere, la conservent et portent du fruit par la patience.*

## III.

I Timoth. II. 15. *dia* non *per* sed *in* significat. Quem significatum MOSHEMIDE prior WELLERVS Grammat. p. 333. adducto hoc ipso exemplo docet, LVTHERV autem ad Rom. IV. 11. (vbi *dia* aperi-  
tissime cum εν permutatur) et 2 Cor. V. 7. sequitur.



CGEOGRAPHIA DIPLOMA  
TERRITORI

I

intra mudi a mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi ; mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi

II

mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi

III

mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi  
mudi et mudi vico mudi et mudi vico mudi et mudi

PRAECELLENTISSIMO  
P R A E S I D I  
ET  
PRAESTANTISSIMO  
R E S P O N D E N T I  
FAVTORIBVS ET AMICIS SVIS,

S. P. D.

ANG. IO. DAN. AEPINVS.

PHIL. PROF. DVC. P. Q.



Dum solidioris eruditio[n]is non vulgare specimen  
edendo, publico v o s examini fistitis, quantum-  
que propterea laudis mereatis, ipso opere  
monstratis, DISPVNTANTES CLARISSIMI, non applaudere  
egregio huic ausui VESTRO non potui, praesertim cum intel-  
lexerim, et gratiam utrique VESTRVM fore publicum aliquod  
cultae nos inter amicitiae documentum, et probe noverim,

G

quantis

OMNIS TUTA ILLA

quantis quamque variis **V O B I S** ego quidem officiis obstringar.  
Neque vero ipsis praesenti scriptione satis a me fieri posse,  
arbitror; ast iudico ramen, aliquod ita a me erectum iri  
consortii nostri monumentum, quod non sine voluptate intueri  
olim suspensique instar *μυημοσυν* habere licebit.


Atque de **T E**, **P R A E C E L L E N T I S S. P R A E S E S**, principio  
mihi fatendum est, multum me ex coniunctione nostra, **ex**  
**quo illa coaluit, et delectationis cepisse et fructus.** Etenim  
non multo post **T V M** ad hanc urbem et Academiam adven-  
tum innouisti mihi solidioris omnis doctrinae solertissimus  
indagator, virtutique et morum re~~ctitudini~~ ita deditus, ut  
nihil eadem praestabilius, monente **C I C E R O N E**, **T E** putare,  
facile adpareret. Et quemadmodum facillime, quales sumus,  
tales esse videamur, **T V** mihi statim visus es, qui litterarum studiis  
ornandis promovendisque natus esset, quique stabilem ali-  
quando gloriam ex constanti diligentia consequeretur. Nec  
me istud de **T E** iudicium fefellit, sed confirmavit magis, quam  
nactus dein fui, proprius **T E** noscendi occasio, quum b. **B E C K E R I**,  
Sororii mei desideratissimi, domum incolere, instituendisque  
eius liberis operam navare coepisti, in quo ita versatus es,  
et versaris adhuc negotio, ut iuventuti, cuius curam susce-  
pisti, maximum inde proveniat emolumentum. Quare, quum  
tantam in eos, qui me necessitudine attingunt, curam impen-  
dis solicitudinemque, multum **T I B I** me debere profiteor, et  
si quando, quo istam **T V A M** benevolentiam loco habeam,  
grato aliquo officio testari potero, me ad id **promptiorem**  
**invenies**

invenies neminem. Atque praesens, quod post publica alia  
eruditionis, TVAE egregium et commendabile edis specimen,  
sincere TIBI gratulor, animo praevidens, ex strenuo TVO  
vindicandi veritates sacras divinaque oracula a pravis detor-  
sionibus defendendi studio, gloriae haud parum TIBI accessu-  
rum, et optans, ut solertiam TVAM probitatemque, promeritis  
propterea praemiis divina ornent providentia, quam non de-  
seruisse suos unquam, utrique nostrum certissimis constat  
indiciis

TE vero, RESPONDENS PRAESTANTISSIME, quo  
inquilino per biennium usus fui et amico gratissimo, cuiusque  
ad egregia quaevis tendens animus totum me in TVI amorem  
rapuit, in publicum prodire, laetissimus video. Praeter sin-  
gularem adversus summum Numen, pietatem, quam ita colis,  
ut superari ab aliis in istius studio vix patiaris, et praeter  
summam, qua non proficere solum in litteris, sed excellere  
fere, contendis, diligentiam, multum TE ornant, simplex ille  
integerque animus, quem a SVMME REVERENDO PARENTE  
TVO, Praeceptore olim meo, cui aeternas debeo grates  
vovoque, hereditate accepisti, et compositi ad modestiam  
mores, quibus cunctis places, facillimeque aliorum TIBI favo-  
rem concilias. Et in laudes TVAS excurrerem prolixius, nisi ipse  
TIBI ad parandam gloriam sufficeres. Ast liceat tamen, non TVI,  
sed mei magis ipsius causa, pauca adiicere. Insigni plane laetitia  
perfundor, quoties tecum volvo, et volvo saepissime, ita me  
divinum dilexisse Numen, ut Praeceptoris optime de salute  
mea

mea promeriti, VIRI VENERANDI et RELIGIOSISSIMI,  
duo iam filios, ad eximia quaevis ope summa tendentes,  
doctrinae meae qualicunque traditos fovere, iucundam cum  
iis amicitiam instituere, multum ex erudito hoc consortio pro-  
ficere, et alterum, VIRVM CLARISSIMVM, superiori anno,  
academico, quo dignissimus existebat, gradu, ornare mihi  
licuerit. Quanquam enim bene perspiciam, levia, quibus filio-  
rum commodis inservire potui, studia mea, OPTIMI PAREN-  
TIS summis in me meritis se haud aequare, ego glorior tamen  
de ista felicitate mea, et laetor, aliquam mihi contigisse occa-  
sionem, qua, quam altas in animo meo radices maxima mea  
erga PRAECEPTOREM pietas egerit, ostendere aliquo saltim  
conatu potui. Quo fine, si praesens quoque scriptio potietur,  
et si quid ad commendandam TIBI, AMICE DILECTISSIME,  
TVISQVE, mei memoriam valebit, non male me operam col-  
locasse, gaudebo. Summa vero divina gratia stabili firmaque  
felicitate TE beet, ausibusque TVIS honestissimis prosperri-  
mos largiatur successus.

Scrib. in Academia Rostochiensi, d. IIII. Non. Septem-  
bris, A. O. R. CCCCCCLVIII.











Et Ioh. Creighton in commentario,  
 hic: *De Brief van den H. Apostel Iudas ontleedet en  
 arlemi c. 1500. Ex Pontificiis in eam com-  
 Augustinus de Quiros, societatis Iesu, in libro  
 auorum c. 1500 secunda vice edito: Adamus  
 vulgo Sasbouth, cuius *expositio epistolae Iudae* in operi  
 Coloniae Agrippinae c. 1500 tertia vice  
 is, exstat. Theoduli, Itali, *commentarium in Iudae*  
 tum est bibliothecae Patrum, edit. Parisiis c. 1500  
 iardentii commentarius in eandem exscriptus est  
 ne Agrippinae c. 1500. Henricus Lancelotus,  
 us, scripsit in epistolam Iudae *anatomiam Christiani*  
 antwerpiae c. 1500: Franciscus Laurelotius  
 c. 1500 *exegesis in epistolam Iudae theologicum, catholicam*  
 dedit: Aegidius Radeus et ipse hoc in loco suum  
 m foras dedit. est autem recusus Geneuae c. 1500  
 Ansbertus, vt vulgo, vel Autpertus, Bene-  
*luationes in Iudae epistolam* dedit Coloniae c. 1500  
 olducius, Franciscanus, eam exposuit Parisiis c. 1500  
 Martinez Segunti c. 1500, ac Raphael Maf-  
 hemadmodum alii volunt, Masleus, *explanationem*  
 ae suppeditauit Venetiis c. 1500. Inter Soci-  
 entarium in hanc epistolam conscripsit Ioh. Ludo-  
 nius, Baro Aufriacus, qui in *bibliotheca unita-*  
 poli (quod est fictum nomen) c. 1500 edita,  
 in eadem reperitur etiam *fragmentum commentarii in*  
 cuius auctor est Ionas Schlichtingius a Buko-*

Iudae epistola. Offert se mihi et aliud praefatio-  
 im. Nuper enim, in locum placidissime defun-  
 tis Consulis KLUSMANNI, suscepitus est vir Con-  
 BLECHEN. qui adhuc ita praeclare, vti de vni-  
 uerfa

